









1664.

23. Richterius, Christoph. Philippus: De supremo dominio
nis jure
24. Richter, Christh. Philipp: De aggravatione delictorum.
25. Richterius, Christophorus Philippus: De probationibus
- 26^{tes} Richterius, Christophorus Philippus: De successione
in familiis illustribus 2 Sumpt.
27. vac.
28. Richterius, Christophorus Philippus: Quatuor contractus
reales. I mutuum. II commodatus III depositum
IV. pignus.
29. Schroeter, Ernestus Fredericus: De constituto conven-
tionali seu obligatorio.
30. Schroeter, Ernestus Fredericus: De inventario
31. Schroeter, Ernestus Fredericus: De constituto
possessorio.



1669.

32. Schroeter, Emerus Fredericus: De operis novæ numera
Lion verbally

33^{a-c} Schroeter, Emerus Fredericus: De jure vicinitatis.
3 exempl. 1664, 1713 & 1748.

34. Stuvius, Georg Adam: De iura et privilegia
senectutis

35. Stuvius, Georg Adam: De notariis sive tabellariis
notis

36. Stuvius, Georgius Adamus: De coactionibus.

37^{a-c} Stuvius, Georg Adamus: De facultate utendi
rebus alterius in casu urgentissimæ necessitatis
ex jure naturali, gentium atq. civili.

38^{a-c} Stuvius, Georg Adamus: De rerum communiōne.
3 exempl. 1664 & 1740

39. Stuvius, Georg Adamus: De absentia.

1667.

40 Winkelhelm, Statius Harborelus: De legitimatione.

41. Zappas, Valpudis: De constantis metris

lis.

ca

eso

Li

Tu

ll.



3071.



10.

1664, 31

6

D. A. G.

DISPUTATIO JURIDICA,

De

**CONSTITUTO
POSSESSORIO,**

Quam

Ex in dulgentia

Magnifici Jctorum in Illustri Salana Ordinis,

P R Æ S I D E

V I R O

Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo atq; Excellentissimo,

DN. ERNESTO FRIDERICO

Schrötern/HÆREDITARIO in Wickerstädt/

Jcto & Antecessore Famigeratissimo, Consiliario Saxo-
nico Gravissimo, Curia Provincialis & Scabinatus Assessore me-
ritissimo, ac p. t. Facult. Juridicæ Decano

Spectatissimo.

Domino Præceptore ac Patrono suo summo

honoris ac observantiæ cultu ætatem devenerando.

ad d. Junii, Cl. Id. LXIV.

H. L. Q. C.

Publicæ examinationi exhibet

GEORGIUS HEINRICUS KLINCKERFUSIUS,

ALLENDORFENSIS AD SALINAS HASSUS.

A U T O R.

J E N Æ,

Literis JOHANNIS NISI.

*Viris Prænobilissimo, Excellentissimo, Nobilissimis,
Amplissimis, Spectatissimis atque Pruden-
tissimis.*

Dominis Mœcenatibus, Patronis atq; Fau-
toribus suis ætatem colendis.

DN. ELIÆ CORIARIO,
Principalis Camerae, quæ est Casellis Consilia-
rio, Salinarum Allendorffensium Halarchæ & Reipu-
blica Patriæ Inspectori Gravissimo, Dignissimo, Domino suo Pa-
trono, Fautori atq; Promotori, honoris ac observantiæ
cultu sanctè devenerando, colendo.

DN. DIETERICO CHRISTOPHORO
Hupfeld / Salinarum Allendorffensium Qua-
stori Spectatissimo, Vigilantissimo, Domino Patruo,
Patrono atque Promotori suo, eâ quâ par est observantiâ
colendo, suscipiendo.

DN. CHRISTOPHORO KRÖSCHELIO,
Salinarum Allendorffensium Antigraphario
Spectatissimo, ac Ædium Altensteiniarum Præfecto Vi-
gilantissimo, Meritissimo, Domino suo Patruo, Patrono Fautori
atque Promotori, omni honoris ac observantiæ cultu
devenerando, colendo.

DN. JOHANNI GEORGIO GRAVIO,
Allendorffia Prætori Spectatissimo, Dignis-
simo, Domino suo Patruo, Patrono, Fautori atque
Promotori, summâ observantiâ
colendo.

DN. HEN-

DN. HENRICO SCHMID /
Allendorffia Consuli Spectatissimo, ac Nego-
tiatori Florentissimo è SS. Baptismatis Fonte Suscepto-
ri & quondam Tutori Fidelissimo, Domino suo Patrono, Fautori atq;
Promotori filiali honore, ac observantiâ prosequendo
ætatemque de venerando.

DN. JOHANNI HENRICO Schaffnicht /
Consuli Allendorffia Spectatissimo, Dignissi-
mo, Domino Patruo, Patrono atque Fautori
suo ætatem colendo.

DN. JOHANNI KRÖSCHELIO,
Scholæ Allendorffensis Rectori meritissimo,
Domino Patruo, Patrono atque Fautori suo haud
ultimo multis nominibus colendo, de-
venerando.

DN. JOHANNI GEORGIO KLINCKERFU-
SIO, in Dicafterio Cassellano Amanuensi Soler-
tissimo, meritissimo.

Dn. Fra-
trib. suis
dilectis-
simis.

DN. JOHANNI CHRISTIANO KLIN-
CKERFUSIO.

Denique

DN. ANDRÆ WEZSEN /

DN. CRISPINO GUNDEGHEM /

DN. JOHANNI GEORGIO BRÄWEN /

Affinib9 suis
percharis.

*Has suorum studiorum primitias
dedicat & offert*

GEORGIUS HENRICUS KLINCKERFUSIUS,
Autor-Resp.

Benne



Beneficia, Vir Prænobilissime, Viri Nobilissimi, Amplis-
simi, Spectatissimi atque Prudentissimi, Domini Mœce-
nates, Patroni ac Fautores atatem colendi, devenerandi:
quibus à Vestris Nobilitat. Amplit. atq; Prudentiis mea fructa
est tenuitas, diu publicum testimonium atq; grates expetièrunt maximas,
in quibus persolvendis multum quidem sudavi, ad effectum tamen
aliquid producere non solum hæctenus non ausus sum, sed ad diem
adhuc presentem virium renititur imbecillitas: ne tamen Vestris Nobil.
Amplit. atque Prudentiis collocatorum beneficiorum viderer penitus
immemor, vel ob nimium temporis intervallum ingratitude notam,
(quasæ tanquam pestem fugio) mihi inuri demerear, quasdam grati-
tudinis Vices deponere, iisq; obsequium, cultum ac animi affectum conte-
stari volui. Leve igitur ac simplex hoc exercitium meorum studiorum
primitias, quas Vestris Nobil. Amplit atq; Prud. debita & submissa reve-
rentiâ offero, dico & consecro, benevolâ accipite mente ac manu, quan-
doquidem hoc tempore voluntatis meæ gratitudinis & observantia de-
claranda non alia datur facultas & occasio, & æstimate illas non ex
qualitate, sed ex mittentis intentione, Vestroq; solito favore meam te-
nuitatem etiam in posterum complecti non desistite. Optimè valete, Ne-
storeosq; vivite annos! Dab. Jenæ, d. 8. Junii, 1664.

V. V.

Prænobil. Nobil. Ampl.

Omni obsequio & cultu
deditissimus

GEORGIUS HENRICUS KLINCKERFUSIUS.



J. S. S. T. A.



Atali ingeniorum scabie hodiè eo de-
ventum, ut omnes malint disputare
quàm vivere *Seneca Epist. 95. & 108.*
Virì & Fœminæ, Senes & Pueri quæsti-
unculis ludunt & lasciviunt, adeò ut
pro parum sano sit, qui ita non in-
sanit: Opificibus & Rusticis Mysteria

Theologia sunt effusa, quibus inhiant ratiocinatiunculis
& sermonibus syllogisticis veluti herba & pascuis armen-
ta: *Nicephor. Gregor. Histor. lib. 10. sub fin.* Rabulæ Fo-
renses Jurisperitiâ scatent, pretiosissimisque Imperatoris
thesauris vulgi offenduntur aures, *Cicer. in Orat. 1. d. Orat.*

1. Cæteris etiam disciplinis multum zizanîa à quadratis
inserirur: quod sanè studiosæ Juventuti haud exiguum
pareret fastidium: Attamen Agricola ob intersparsam
zizaniam, non statim desistit ab agricultura & messe, sed
diligenti cura eam eradicat; ita & nos de raris, arduis &
utilibus differendo, disputando, iisdemque memoriam
& judicium acuendo multum impedimenti præfatis idio-
tis inferemus, tandemque eos eradicabimus: jam mei
instituti est, brevè pro ingenii modulo instituere discursum
de Materia, in cathedra rara, in Foro tamen quoti-
diana, De CONSTITUTO nimirum POSSESSORIO:
quæ materia sat à Dd. quidem controversa, multis tamen
retibus adhuc implicata, ut non absre *Andreas Tiracquellus*
Vir de Jurisprudentiæ studiis optimè meritus, peculia-
rem tractatum de hac frugali materia edere operæ pre-
tium

A

tium

tium duxerit: hanc uti dixi materiam breviter pertractabo. Faxit itaque D. N. C. ut bono inchoetur principio & felici finiatur exitu.

Quamquam autem *Imperator Just. in l. 1. pr. ff. de J. & J.* Juri operam daturum originem vocis initio elaborare suadeat, pace tamen tanti Viri in hoc labore facio discessum, principii loco pertractaturus quæstionem hujus negotii fundamentalem seu præjudicialem videlicet:

An sit vel detur Constitutum Possessorium?

Certè enim in cassum laboraret intendens quidpiam examinare seu explicare, quod non exstaret, nec unquam dari posset: Et fanè, quoad decisionem hujus prædictæ quæstionis, quot capita Dd. tot fermè sunt sententiæ seu sensus. Adserentibus tamen nostrum adponimus calculum, quamquam contra magni nominis sint Viri, qui negativam tenent, acriterque illam defendunt, quorum ex numero Hubertus Giphanius commotus multis verisimilibus rationibus, quarum quasdam, melioris interpretationis ergò, lubet recensere: Contraria enim juxta se posita magis elucescunt. *vulg. l. in princ. ff. de his qui sui vel alien. jur. Corn. cons. 5. in princip. vol. 3.* Principio putat, quod in omni transferendæ possessionis modo præter animum & affectum opus sit actu aliquo corporeo *arg. l. 3. §. 1. & 3. l. 8. ff. de acquirend. vel amitt. poss.* nimirum traditione & apprehensione *l. 20. C. de pact.* horum autem actuum nullum hic intervenire. II. Nullum in nostro jure hujus negotii apparere vestigium. III. Quod textus quibus stabiliendo hoc constitutum Doctores usi sunt, etiam aliis, præterquam hujus Constituti modis aptare liceat,

liceat, ita præfatus Giphanius *l. 77. de ff. de Rei vind. l. 32. §. 1. de acquir. vel amitt. poss.* de re donata, aut vendita ab emtore mox conducta & *l. 18. C. de donat.* de retent. ususfr. rei vel donatæ, vel in dotem datæ, vel etiã venditæ loqui contendit, hincque hoc Constitutum merum figmentum Glossographorũ autumat *in tract. de devis. jur. tb. 99.* accurateq; quidem illud rejicere & refellere conatur *in lect. Altorf. ad l. 10. ff. de donat.* Et sanè horum argumentorum ductu haud pauci & quidem Authoritatis magnæ, uti antea dictum, eum sunt secuti. **Verum I. quod attinet argumentum:** dicimus *arg. l. in tradition. 48. ff. de pact.* quemlibet in traditione rei suæ modum posse apponere; dato nunc, quod huic negotio verò & naturalis actus corporeus non intersit, probatu tamen facilè est, interesse fictos actus corporeos, nimirum quasi traditionem & apprehensionem: quasi traditionem in constituyente, qui per Constitutum in Constitutarium civilem & naturalem transfert possessionem *l. 6. §. 1. ff. de precar. §. 44. Inst. de rer. divis. §. acquir. ipsor. domin. Wesemb. & Joh. Fab. ad d. §. l. 18. ff. de acquir. vel amitt. poss. Ang. Cons. 373. Vitis Instrumentis in pr. & penes se nudam tantũ detentionem retinet, d. l. 18. ff. de acquir. vel amitt. poss.* Apprehensionem verò in Constitutario, qui ex Constituto civilem possessionem suo animo, naturalem autem corpore constituentis apprehendit & ita possidet: Multis enim modis potest fieri apprehensio, veluti: Custodis appositione *l. 51. ff. de acquir. vel amitt. poss.* Acceptatione signi pro re signata E.g. quando rei instrumenta traduntur. *l. 1. C. de donat. Claves l. 1. §. si jufferim. ff. de acquir. vel amitt. poss. l. 74. ff. de Cont. empt. l. 9. §. 6. ff. de acquir. rer. dom. possunt & alii modi videri ex l. 18. d. l. 1. §. 1. si jufferim. ff. de acquir.*

acquirend. vel amittend. possess. Dn. Habn. in not. ad We-
sembec. tit. ff. de acquir. vel amitt. poss. Et quamvis hi
modi dicantur ficti l. 20. C. de pact. Nihilominus possessio
per hos fictos modos acquisita, est & dicitur vera pos-
sessio l. 15. ff. de usurp. & usucap. l. 18. in fin. princ. ff. de ac-
quir. vel amitt. poss. Alex. ad h. l. n. 2. n. 3. & seqq. Idem ad l.
1. pr. n. 89. ff. eod. Schneidvv. ad §. 5. n. 109. Inst. de Interd.
Sunt enim Actus quibus possessio acquiritur duplicis ge-
neris, vel Naturales seu Juris gentium, ut apprehensio
corporalis, manuum vel pedum, quæ cum animo requi-
ritur l. 1. in pr. & §. 21. ff. de acquir. vel amitt. poss. & §. fe-
ra 12. Inst. de rer. div. Vel merè Civiles, à Jure Civili sim-
pliciter introducti, respectu ejus, cujus nomine posside-
re constituitur, ut cum ab eo qui suo nomine possidebat,
constituitur, nomine nostro possidere d. l. 18. Ubi con-
stituentis ministerium pro apprehensione est, ejusdem-
que corpore quasi apprehendere censetur, & tunc re-
quiritur animus unà cum illo actu à jure Civ. introducto,
licet non intervenerit instrumentum corporale manu-
um vel pedum ipsius acquirentis. Paul. de Castro ad l. 3. ff.
de acquir. vel amitt. poss. Præterea statuto aut consuetu-
dine induci posse, ut possessio solo animo absque corpore
acquiratur communiter statuitur c. ex literis 2. x. de con-
suetud. l. 1. C. de donat. l. 28. C. eod. Nobiliss. ac Ampliss. Dn.
Struv. in Syntagm. exercit. 42. th. 17. Coras. 6. miscell. 13. Gail.
2. observ. 152. n. 18. Hillig. ad Donell. 5. comm. lit. a. Cludrer.
quotid. 3. per tot.

Ad II. respondemus: largiendo cum Affirman-
tibus hoc quidem Giphano ejusque sequacibus, vocis
hujus negotii, quoad nomen, nostro in jure explicitè non
extare notitiam vel singulare monumentum, negando
all

rem sequelā, REM videlicet etiam non exstare, sufficiat no-
bis, quòd rei argumento nomen non adverteretur, & hacte-
nus (quod magis) ita usu fori receptum & vitæ commu-
nis consuetudine roboratum sit: Nam nullæ leges ita scri-
bi possunt, ut omnes casus comprehendant, *l. 1. l. 10. d. ll.*
sed sub generali speciale eliciendū est. Prout *text. apert. in*
l. 8. pr. ff. de acq. vel amitt. poss. in quo dicitur: quod meo
nomine possideo possum etiam alterius nomi-
ne possidere, quæ verba si sincerè interpretentur, no-
strum negotium ritè fovent, *Dn. Habn. in not. ad Wesemb.*
ad tit. ff. de acquir. vel amitt. poss. & his verbis non resi-
stunt verba *d. l. 18.* sequentiā: **Nec muto mihi cau-
sam possessionis**, quasi id, quod meo nomine possideo,
etiā alterius nomine possem possidere, priori retento ti-
tulo: cū tamen unius rei duo domini insolidū esse nō pos-
sint. *l. 3. §. 5. ff. eod. l. 5. §. 15. ff. commod.* Hæc enim verba
hunc sibi vendicant sensum: quamvis nemo nudā suā de-
stinatione efficere possit, ut ex aliā causā jam possideat,
quam quā hactenus possedit. *l. 3. §. 19. l. 19. §. 1. l. 33. §. 1. de*
usucap. l. 2. §. 1. ff. pro hered. l. 23. C. locat. l. 5. C. de acquir.
vel retin. poss. tamen iste non mutat sibi possessionem sola
cogitatione, **qui 1.** ex aliā causā verè superveniente pos-
sidere *d. l. 19. §. 1. l. 33. §. 1. l. 32. de usur. l. 6. §. 3. l. 22. ff. de*
precar. vel potius alterius nomine in possessione esse cœ-
pit l. 18. l. 10. ff. de acquir. vel amitt. poss. §. 5. iust. de interd.
Nec 2. ille qui justā opinione ductus existimat, novam
aut aliam causam supervenisse *d. l. 33. §. 1. vers. hoc amplius*
de usuc. Ideoque supra opposita verba cum grano salis,
nimirū non in sensu, ut loquuntur, composito, sed diviso
A 3 sunt

sunt accipienda, quod confirmat *Tiraq. Tract. de const. poss. part. 1. n. 2. & 4. Guid. Pap. decis. Gratianop. 101. in addit. a. junct. ibid. not. Rauchenb. in Alciat. ad l. 18. ff. de acq. vel amitt. poss. n. 3. & 4.* Hi enim omnes sibi habent persuasum, quod ficto tradendi modo possit naturalis & civilis possessio re-tenta tantum corporali sive a sinina, ut illam Glossogra-phi nominant, transferri. **Nec 3. in contrarium** adductum argumentum stabili nititur fundamento; con-cedimus enim quod textus hujus negotii fundamentales aliis etiam modis possint aptari: Textus siquidem sive leges sunt quoddam mare, & omnium casuum tam explicitè quam implicitè extantium congeries, nec adeò restrin-gunt, ut unius positio sit statim alterius exclusio per *l. 10. C. de administ. Tutor. vel curator.* & naturam rerum indu-ctum est, ut plura sint negotia, quam vocabula. *Ulpian. ff. de prasc. verb.* Atque hæc de questione præliminari dicta sufficiant. Nunc quoniam scimus quod sit constitutum possessorium, laborabimus etiam circa ejus originem, vi-delicet unde sit?

Aphor. I.

Constat autem hic terminus ex duabus voculis compositis, quarum una quæque si disjunctim su-matur, generalis, si verò conjunctim consideran-tur, speciem quandam constituunt suæ ut loquun-tur generalitatis. Videbimus ergò primò breviter de uniuscujusque disjunctim consideratæ propria, & dein-de etiam conjuncta significatione.

Aph. II. Constitutum est ex verbo composito con-stituo, quod derivatū & compositum est ex præpositione inseparabili con- & statuo, & est variæ significationis: Græ-maticè & vulgariter sign. *sehen / fest machen / zu recht bring-en/*

gen sibi proponere; juridicè verò convenire significat, & conveniendo se obligare ad id, quod jam debitum est. *Theoph.* Item cum parte statuere vel de liberare *Alciat. in l. 13. C. de pact. German. Abreden.*

Aph. III. Vocabulum autem Constitutum ipsum variè sumitur; Et quidem tripliciter 1. significat id, quod est statutum, decretum atque sancitum, seu usu receptum, 2. dicitur constitutū contrahi, quando quis Creditori se pecuniā vel à se, vel ab altero debitam certa die soluturum promittit, quo spectant integri tituli *ff. & Cod. de pec. const.* 3. Constitutum dicitur cum vendens, donans, aut aliter concedens rem, quam in alium vult transferre, constituit nomine illius se possidere, quem Constitutarium appellamus, sicut mandatarium, depositarium &c. Illud *Dd.* vocant obligatorium seu promissorium; Hoc autem Possessorium.

Aph. IV. Vocabulum verò Possessorium derivatur à verbo possideo, quod, ut docet Varro, compositum est à nomine pos- & sedeo, cujus significatio notissima, ita ut proluxa non indigeat explicatione; Has voculas si nunc conjunctim sumamus: veluti constituere sibi vel alii possessionem, idem quod pacisci de possessione innuunt. Et tantum tanquam in breviario de hujus negotii origine.

Aph. V. Constitutum possessorium ergò definitur, quòd sit conventio, in qua debitor Creditori suo pro majori securitate possessionē in re alioquin sua constituit, & quod illam ipsius nomine posthac possidere velit, testibus presentibus vel documenti cujusdam interventu profitetur. *Henning. Rennem. in Jurispr. Rom. Germ. membr. 3. de jure obligat. disp. 24. tb. 6.* Alii describunt illud ita: Quod sit fidei tradendi modus, quo quis rem, quam alteri nudis

tan-

tantum verbis vendiderit, hypotheca obligaverit, vel alio id generis modo concesserit, nomine hujus possidere post hæc velle profiteatur, hæcque ipsa possessione possessionem ad illum transferat. *Tiraq. de Const. poss. part. 2. amp. 1. n. 1. 2. 3. 5. 6. & 7. Anton. Fab. lib. 7. Cod. tit. 7. defn. 1. n. 2.* Et quamvis hæc descriptio videatur plausibilis, prout etiam fermè à pluribus Dd. est accepta, Meo tamen palato arridet definitio *laudati Rennemanni*, quam nunc sequitur divisio talis:

Aph. VI. Constitutum est vel simplex, vel cum precario conjunctum. Hæc autem divisio habet suum esse ex divisione possessionis; quæ est vel naturalis vel civilis: antequam autem statuatur, quæ possessio naturalis, & quæ Civilis, aliquid esset præmittendum de ambiguitate vocabuli tum civilis & naturalis, tum naturalis possessionis, verum brevitas ergo illud præterimus, & jam definimus Naturalem: quando quidem non animo domini possidemus, sed alio tamen jure habendi *l. 13. §. 1. ff. de publ. in rem action.* Civilem: quando possidemus secundum jus civile animo Domini *d. l. 13. §. 1. l. 22. §. 1. ff. de Noxal. act.* Et hoc in significato civilis & naturalis possessio sæpè jungi, sæpè disjungi, ac sibi etiam opponi solent. *l. 3. §. fin. ff. ad exhibend. l. 1. §. 9. ff. de vi & vi armat.* prout infra uniuscujusque exempla se offerent. Paucis igitur his præmissis commodius ad explicationem Constituti simplicis & precarii poterimus pervenire, ubi nunc:

Aph. VII. Constitutum simplex est, quod in Contractu habili ad transferendum Dominium (si modò pure talis est) transfert dominium & possessionem. *l. 18. pr. ff. de acquir. vel amitt. poss. Ang. conf. 373. Visis instrumentis pr. Dominium directum & utile Tiraquell. part. 2. ampl.*

ampl. 8. d. Const. poss. Possessionē tam civilem, quam natu-
ralem, l. 6. §. 1. ff. d. precar. §. 44. Inst. d. rer. divis. Et acquir.
ip[s]ar. dom. Ang. d. conf. 373. pr. Precarium est, quod So-
lam civilem in constitutarium transfert possessionem.
Zaf. ad l. 21. pr. n. 5. Et 6. ff. d. acquir. vel amitt. poss. Cum
conf. 54. Leonardus Marzarius. Alex. conf. 82. perspectis. 18.
verb. nec predictis libr. 2. Tiraq. ampl. 11. n. 2. d. Const. poss.
constituens enim vel faciens precarium dicitur naturali-
ter possidere, Constitutarius tantum civiliter, qua pro-
pter non confundendæ, nec jungendæ in uno eo-
demq; instrumento horum clausulæ, quamvis sapissimè
ex imperitia Notariorum hoc eveniat: Nisi cum Aloys. Ricc.
part. 2. collectan. decis. 406. in fin. statuamus, naturalem
& non naturalem possessionē in uno eodemque subjecto
posse existere, aliàs magis possessorium censetur interve-
nisse simplex constitutum, quam precarium, arg. l. 7. C. de
testam. Renneman, in d. disp. 24. th. 7. Fab. in C. suo Lib. 7.
desin. 16. n. 7. cum 2. seqq. nisi ex ipsa conventionem seu in-
strumento super conventionem confecto aliud appa-
reat, cui firmiter standum, l. 23. ff. d. R. J.

Aphor. IIX. Intelligimus autem conventionem,
quæ hic generis loco venit, justam & legitimam, l. 41. §. 1.
ff. d. pact. quæ nullum fovet errorem, l. 9. ff. d. Contrab.
Empt. l. 57. ff. d. oblig. Et actio. nullum metum, l. 1. C. de
rescindend. venditione tot. tit. ff. quod met. caus. nec ul-
lam doli maculam, l. 7. pr. ff. d. dolo, l. 16. §. 1. ff. d. minor.
Nullus enim est Contractus, nulla pactio, quæ non con-
sensum desideret, l. 1. §. fin. ff. d. pact. & consensus tan-
quam causa efficiens præcedere, non sequi debet, l. 13. ff.
quand. dies legat. qui tamen ob priora obstacula contra-
ctui non censetur cohabitasse, l. 116. pr. Et §. 2. ff. d. R. I.

B

Hæc

Hæc autem omnia probè veniunt notanda circa actus va-
liditatem, secus verò quoad possessionis translationem,
arg. l. 44. §. 2. vers. ejus verò, l. 18. ff. d. acquir. vel amitt. poss. Causa efficiens nunc arripit Objectum.

Objectum autem est vel Reale vel Personale:
Reale versatur circa res, quæ in Constitutum de-
duci possunt.

Aphor. IX. Res autem omnes, quæ modo in com-
mercio sunt, *l. 23. §. 1. l. 30. §. 1. ff. d. acquir. vel amitt. poss.* possideri, *l. 18. pr. ff. eod.* & quasi possideri, siue ani-
mo teneri, *Tiraq. ampl. 34. n. 3.* possunt: Sive corporales
sint, quæ deinde vel mobiles, vel immobiles; siue incor-
porales, siue præsentis, siue absentes seu futuræ: siue tem-
porales, siue spirituales in constitutum deduci queunt.

Aphor. X. Corporales sunt, quæ tangi possunt, ve-
luti fundus, homo, vestis, aurum atq; argentū, & aliæ res.
Inst. d. reb. corp. l. 18. ff. d. acquir. vel amitt. poss. hæc propriè
possidentur, *l. 3. pr. ff. eod.* ideoque optimè possunt con-
stitui, *l. 18. eod.* Sunt autem vel mobiles, vel immobiles;
Mobiles, bewegliche und fahrende Haab / oder Güter /
quarum appellatione etiam animalia veniunt, *l. 1. ff. d. R. V. l. 3. §. Neratius, l. 30. §. 4. ff. d. acquir. vel amitt. poss.*
Et de his nunc possessio tanquam de immobilibus prædi-
catur, *l. 7. l. 13. ff. eod.* Rerumque mobilium est propria
traditio, nimirum de manu in manum, *l. 3. §. 1. ff. eod.*
consequenter etiam possessionis translatio, *§. 41. Instit. d. rer. div. §. acquir. ipsar. dom. l. 3. d. action.* quarum au-
tem possessionis est translatio, illarum etiam potest esse
constitutum, *l. 18. ff. d. acq. vel amitt. poss.* **Quod nobis**
non eripiet, *l. 1. pr. ff. eod.* ubi dicitur quod possessio
à pe-

à pedibus, vel ut alii malunt à sedibus appellata sit. Re-
spondemus enim ibi potius esse allusionem, quam ve-
ram notationem, & quamvis maximè vera esset notatio,
tamen à notatione firma non deducuntur argumenta,
*Joh. Oldendorp. in leg. top. loc. ab Etymolog. & allus. voca-
buli in fract. 3. Sylvestr. Aldroband. ad §. 4. Instit. d. interd.*
Difficilius tamen earum, quàm immobilium retinetur
possessio, cum hætenus solum possideantur, quatenus
sub custodia nostra sunt, etiamsi in præsentia nesciamus,
ubi sint, & cesset interim diligens inquisitio: Sin verò
fuerint deperditæ, ut ubi sint, aut quari debeant ignore-
mus, adeoque nec diligenti inquisitione eas naturaliter
apprehendere possimus, dùm volumus, protinus desi-
nuntur possideri, quanquam nemo eas occupaverit, *No-
bilis. ac Amplis. Dn. Struv. in Syntagm. Exer. 42. th. 21.*

Aphor. XI. **Immobiles Unbewegliche liegende Gü-
ter** / dicuntur res soli, seu quæ solo continentur, veluti
prædia, fundus, domus, quæ quamvis opponantur mobi-
libus, nihilominus possunt constitui, *l. 18. l. 21. pr. ff. d.
acquir. vel amitt. poss.* & uti mobiles per nosmet ipsos,
vel per alium apprehendimus, ita immobilibus insisti-
mus, & jus, quod in re habemus, pro nostro bene-
placito exercemus, semper tamen detentio est neces-
saria ad possessionem, *l. 3. §. 13. & seqq. l. 20. l. 44. pr. l. 13.
pr. ff. d. acquir. vel amitt. poss.* immobiles aliàs invaduntur,
mobiles verò rapiuntur, *§. pen. Institut. d. vi bonor. raptor.
Glos. in l. 1. d. Condict. Tritic.*

Aphor. XII. **Incorporales**: quæ tangi non pos-
sunt, sed in jure consistunt, ut hereditas, obligatio,
servitus, *d. titul. Institut. d. reb. corpor. & incorpor. l.
ultim. Codic. d. long. tempor. præscriptionib.* hæc oppo-
nuntur corporalibus, & licet accedant corporibus, in-

corporales tamen sunt, l. 14. ff. d. Servit. Attamen non sunt notiones quædam & intelligentiæ, quas Platonici Ideas dixere, ut Eguin. Baro. ad §. un. Instit. de reb. corp. & incorp. putavit, nec ita se habent, ut Wes. n. 2. & Don. §. com. 1. volunt, quod revera non sint, verum esse tantum fingantur, & quasi sint, sed vera sunt Entia, & existunt, quemadmodum alia accidentia, ut recte Bachov. ad d. §. n. 2. Nobiliss. ac Ampliss. Dn. Struv in Syntag. Exerc. 3. th. 80. & dicuntur, incorporales, quoniam corpus nullum habent, neque tactu, vel alio quodam sensu corporeo, sed intellectu tantum percipiuntur; pr. §. un. Instit. d. reb. corp. & incorp. Ibi que Job. Fab. n. 1. Coras. ad l. 1. n. 2. ff. d. Servit. Harum nunc rerum uti nulla vera traditio, l. 3. §. 2. ff. d. action. emt. Ita quidem nec propria possessio, l. 4. §. 27. ff. d. usur. & usuc. quoniam autem usus patientia traditionis loco est, §. fin. Instit. d. Servit. & quasi possideri dicuntur, l. ult. ff. de Servitut. ita ut non opus in incorporalibus, uti in corporalibus, singulari traditione ad transferendum Dominium & possessionem, sed simplici cessione & patientia censeantur acquisita, l. ult. C. quando Fisc. vel priv. l. ult. ff. d. donat Tiraquell. in tract. retract. tit. 1. §. 1. Glosf 7. in verb. ou. aut res choses. n. 12. Si enim per fictiones datur possessio rei corporalis, multo magis & fortius incorporalis, Bald. & Ang. in l. licet ille col. 2. vers. per investituram. & seqq. hic vol. 1. vers. & predict. vendicant. C. d. acquir. vel amitt. poss. Ideoque & in his Constitutum Possessorium suas potest exercere vires, l. 18. ff. d. acquir. vel amitt. poss. l. 21. pr. & §. 3. ff. eod. modo quasi possessio jam sit formata, ut, quando existens in quasi possessione decimarum vel Jurisdictionis constituit se alterius nomine possidere, tunc sanè illam transfert

8
fert per constitutum. Et probè adhuc notandum, Con-
stitutum incorporalium rerum haud aliter procedere,
quàm si jura sive servitutes, quàs uni vel alteri vendimus,
& hujus vel illius nomine nos quasi possidere constitui-
mus, in aliorum prædiis habemus; Alioquin si aliquis in
fundo suo alicui vellet jus constituere vel vendere, ita
tamen ut nomine cessionarii possideret, istud Constitu-
tum non subsisteret, nec in cessionarium transferret qua-
si possessionem, nemini enim res sua servit, *l. 26. ff. d.
S. P. U. l. 33. §. fin. ff. d. S. P. R. l. 5. ff. d. Usufr. petens. Tiraq.
cum mult. ampl. 34. n. 3.* Sed quid si tibi concedam servi-
tutem viæ per fundum meum ad fundum tuum, con-
stituamque tuo nomine possidere, an ideò translata erit
Juris eundi possessio? Quod negandum, nec enim fundi
mei possessionem naturalem ullam acquiris, sicut fru-
ctuarius facit, sed ab ipso fundo debetur servitus, quæ ex
sola patientia quæritur, *l. fin. ff. d. servit.* Quod si ego
constituens nomine tuo deinde eâ servitute uterer, tu-
que ratum haberes, aliud esset, nec tali casu agens pa-
tiensque eodem in subjecto essent, cum non ego, sed fun-
dus meus servitutem debeat, *Alex. ad. l. 18. ff. d. acq. vel
amitt. poss. n. 11.*

Aphor. XIII. Præsentis: hoc vocabulum multifa-
riam in nostro jure accipitur, præsertim ubi non de rebo,
sed personis loquitur, *l. 5. ff. d. procur.* Verùm cum hic
versetur adhuc circa objectum reale, prius nos non tangit:
Res autem præsentis sunt bona; quæ reverà à nobis vel
alio, nostro tamen nomine possidentur, tanquam jam
acquisita, ad differentiam futurarum rerum seu bono-
rum, quæ adhuc adquiruntur, & illarum validum potest
esse constitutum, *l. 18. pr. ff. d. acquir. vel amitt. poss.* Præ-

sentia enim venditæ seu Constitutæ rei (si cedens possidet) operatur translationem possessionis è vestigio, dum contractus conficitur, *arg. l. 1. §. si iusserim. & d. l. 18. §. per venditorem Gloss. & Dd. & l. 3. pr. ff. d. acquir. vel amitt. poss.*

Aphor. XIV. Absentes : quæ adhuc futuræ, seu nondum acquisitæ; vel quæ quidem acquisitæ, ob distantiam tamen loci nostrum fugiunt aspectum. Posterioris generis res posse Constitui, tradit *Tiraquell. part. 2. ampl. 3. n. 1. & seqq. d. Const. poss.* & in Constitutarium per ejusmodi Constitutum transferri civilem & naturalem possessionem, etiamsi constituens civilem animo, naturalem verò corpore coloni retinuerit, *l. 30. l. 40. §. 1. ff. d. acquir. vel amitt. poss.* & communiter circa has res constituitur per instrumentorum traditionem, *Tiraquell. part. 2. ampl. 3. num. ult.* Quoad futuras verò res non deest dubium; quidam de hac quæstione per Satyram agunt, ita ut haud calidi, haud frigidi, sed multoties sibi sint contrarii. *Intrepidè negat Floria de Sancto Petro q. 1. n. 6. vers. 5. Idem Pet. d. Per. in tract. de Societate, part. 5. in princip.* Communis tamen opinio inclinatur in affirmativam, quòd videlicet etiam de his possit constitui. *Alex. cons. 85. n. 8. vers. & etiam quia. lib. 6. ubi plena apostilla in verb. futuris :* dat plurimos concordantes & dicit communem: Unde si quis donet omnia sua bona tam præsentia, quam futura, seque constituat possidere pro donatario, tunc ex eo transfertur possessio illorum bonorum futurorum, cum erunt acquisita, sicuti & nunc præsentium, quamvis enim id quod nondum est in rerum natura, non possit in dispositionem acquisitivam deduci, *per §. 1. Instit. d. inutil. stipul.* tamen si re ipsa deductum, sue-

fuerit, tunc dispositio illa acquisititia incipit operari et
fectum acquisitionis cumprimùm incipit esse in rerum
natura, *l. 8. ff. d. contrat. empt. l. 15. ff. de pign. l. 1. in f. ff. d.
cond. & demon.* Nec obstat, quod futura nondum
possessa, verè tradi non possint, ut quæ nondum possi-
deantur ab eo, qui tradere vult per constitutum, nemo
enim dat, quod non habet, *l. 20. ff. d. acquir. rer. dom.* Et
debet esse aliquod corpus, quod tradi queat, cùm autem
id verè fieri non possit, nec fìcte quoque potest; cùm fi-
ctio non possit plus operari, quàm veritas: **Responde-**
mus enim ejusmodi constitutum non aliter vires suas
assumere, quàm bona erunt quæsita, quo tempore di-
cuntur certa respectu quotæ & loci, licet tempore Con-
stituti essent utroque respectu incerta. Et quamvis non
adsit omnimoda incertitudo respectu rerum particula-
rium, est tamen certitudo respectu universi, tam bono-
rum præsentium, quam futurorum & generalis, quæ hic
sufficit. Ut autem futurarum rerum valeat constitutum,
tria adhuc requiruntur: 1. Ut ille, qui ita constituit,
postea acquirat bona illa futura eo animo, ut non sibi vel
extraneo, sed constituario acquirat. Is enim, qui con-
stituit nudum præstat ministerium, & quasi Procurator
est. Procurator autem potest, quamvis ex mandato sit
obligatus si nomine suo, non autem domino accipiat,
domino non acquirere, *l. 1. §. 20. ff. d. acquir. poss.* 2. Ut
ipsum constitutum expressè adpositum sit rebus futuris.
Nam si adponatur simpliciter super alienatione omnium
rerum, nulla expressè futurarum mentione factâ, id cer-
tè ad eas non trahitur. Quemadmodum enim simplex
alienatio omnium bonorum non comprehendit futura,
nisi

nisi ea quoque expressa fuerint, per l. ita legatum, 7. ff. d. aur. & arg. leg. & l. ult. §. 1. ff. d. legat. 2. Ita nec constitutum, etiam simpliciter adpositum super ea alienatione, cum illud reguletur secundum naturam principalis contractus, cui adponitur, Tiraq. p. 2. ampl. 32. n. 18. & part. 3. Lim. 7. n. 26. 3. Ut bona illa postea acquirantur per ipsum Constituentem, non etiam ipsius heredes, quamvis enim de heredum bonis expressè constituerit, nihilominus hoc constitutum, nullius est momenti, ejus modi enim constitutum horum bonorum respectu conferretur ad tempus, quo esset mortuus, & constituens non esset possessurus, Matth. d. afflict. decis. Neapolitan. 335. pro decis. col. 4. vers. aut debitor obligavit Angel. in l. 3. §. 1. ff. d. acquir. poss. Tusch. concl. 789. num. 6. Tiraq. ampl. 32. num. ult.

Objectum personale versatur circa personas Constitutum celebrantes & quomodo?

Aphor. XV. Personæ sunt duæ, quorum una, quæ constituit, constituens sive Debitor, altera Constitutarius sive Creditor appellatur, Renneman. Tiracquell. Cardinalis Tusch. Zasius, & alii de Constitut. Possess. Quomodo autem procedat constitutum patebit ex requisitis partim ad Constituentem, partim ad Constitutarium, spectantibus.

Aphor. XVI. A constituyente requiritur. 1. Ut sit Dominus & Possessor, l. 18. pr. ff. d. acquir. vel amitt. poss. nam quod quis ipsemet non habet, in alterum etiam non transfert, l. 20. ff. d. acquir. rer. dom. l. 54. ff. d. R. I. Nihil autem refert, utrum corpore aut sine eo possideat. Etsi quidem non solo animo, sed etiam c corpore simul acquiramus possessionem, l. 3. §. 1. l. 8. l. 30. §. pen. ff. d. acquir.

acquir. vel amitt. poss. est enim magis facti, quam juris,
l. 1. §. 3. & 4. ff. eod. l. 153. ff. d. R. I. Solo tamen animo
possumus eam retinere, §. 5. Inst. d. interd. l. 3. §. 7. & 8.
in fin. l. 30. §. pen. l. 44. in fin. ff. d. acquir. vel amitt. poss.
quia possessio jam acquisita est jus insistendi, quod facto
semper non opus habet. Nihil etiam intererit, an ipse
met, an alius ejus tamen nomine corpore possessioni in-
sistat; is enim, qui alterius nomine in possessione est, pro-
priè non possidet, sed ille cujus nomine possidetur, pos-
sidet; §. 5. Instit. de Interdict. l. 18. ff. d. acquir. vel amitt.
poss. l. 49. §. 1. ff. eod. l. 6. §. 2. ff. d. precar. & differunt pos-
sidere, & in possessione esse, quemadmodum servum esse,
& in servitute esse, arg. §. 1. Instit. d. ingen. Non ob-
stante, l. 7. §. 11. ff. Comm. divid. l. 2. §. 1. ff. pro heredib.
Ubi coloni & depositarii dicuntur naturaliter possidere.
Respondemus enim naturaliter possidere aliter at-
que aliter in nostro jure sumi, propriè quando quis citra
affectionem Domini, animo tamen sibi habendi & suo
nomine tenet, d. l. 7. §. 11. ff. Comm. divid. l. 1. §. 9. ff. d. vi & vi
armat, prout etiam supra in definitione naturalis posses-
sionis diximus: Impropriè verò & in latiori sensu possi-
dent omnes ii, qui rem aliquam corporaliter tenent, sive
id suo, sive alieno nomine faciant: Ut coloni, deposti-
darii naturaliter possidere dici possunt, d. l. 7. §. 11. qui
aliàs propriè non possidere, sed tantùm in possessione
esse dicuntur, l. 6. §. 1. ff. d. precar. Et si constituens, vel
alius ejus tamen nomine tempore Constituti possidet,
hoc sufficit ad traditionem possessionis, l. 77. ff. d. rei
vind. ministerio enim suæ insistentiæ constituens posses-
sorem facit Constitutarium. *Dn. Habn. in not. ad. Wesemb.*
C tit.

tit. ff. de acquir. vel amitt. poss. Si autem non possidet, postea verò incipiat possidere per prius illud constitutum translata censetur possessio quoad ipsum Constituentem, non verò quoad tertium, cui forsitan interea jus aliquod in illa re sive possessione fuerit quæsitum. *Renneman. th. 9. Disput. 24. in jurispr. Roman. Germanor. d. Jur. Obligat. Tiraquell. partib. 2. per tot. ampl. 32.* Ubi multos adversarios illorumq; rationes adduxit sufficienterque ad illas respondit, *Idem part. 3. Lim. 1. n. 17. 20. 23. Lim. 19. n. 3. & 4.*

Aphor. XVII. 2. **Requiritur**, ut desinat suo nomine possidere, & alieno incipiat in possessione esse, *l. 10. §. 1. l. 18. ff. d. acquir. vel amitt. possess.* nam in hoc negotio partim de amittenda, partim de acquirenda possessione agitur. **Nec obstat**, *l. 3. §. 19. & l. 19. §. 3. ff. d. acquir. vel amitt. possess.* Ubi traditur, quod nemo possessionis causam sibi mutare possit. Quia is demum causam possessionis sibi mutat, qui mutatâ priore causâ ex nova iterum possidere incipit *Cujac. in l. 33. §. 1. ff. de usur.* Hic autem, qui pro alio possidere constituit, desinit possidere, & alium possessorem suo ministerio facit, *l. 18.* is enim demum possidet, qui sibi non alteri possidendi animum habet; At hic non sibi, sed alii possidere cupit, *d. l. 18. Perez. in Cod. tit. de acquir. vel amitt. poss. num. 20.* Debet autem Constituens amittere possessionem liberè, spontè, non coactè, *Zaf. de Const. poss. n. 9.* quòd tamen quoad actus validitatem, secùs quoad possessionistranslationē procedit, ut suprâ dictū, rationis enim est, sive ipse Constitutarius, sive alius, per vim ingrediatur possessionem, sive detentionem nobis constitutam, ut tunc eam amittamus, *l. 44. §. 2. versu ejus verò. l. 18. ff. d. acquir.*

8
quir. vel amitt. possess. Nihilominus tamen potest ille, qui sua possessione spoliatus, uti remedio recuperandæ possessionis, prout inferius, quâdo acturus sum de effectibus, prolixius explicabo. Animus ergo desideratur constituentis, quem declarare debet verbis: Velle se rem, quam alteri v. g. vendit, donat & c. ejus deinceps nomine detinere & possidere. Et quidem liber debet hic esse animus ab omni errore, ut supra quoque in explicatione definitionis dictum. Si enim proprium fundum quis à te conducit, quem ignoravit suum esse, certè nec possessionem ejus amittit, nec ullam in se transfert; quia propter ignorantiam non habet verè constituendi animum, *Perez. in eod. tit. d. acquir. possess. n. 18.*

Aphor. XVII. A Constitutario requiritur ejus approbatio: Et quidè si præsens, sufficit consensus generalis, *Zaf. de Constit. possess. d. requisit. Dan. Habn. in not. ad Wesembec. tit. ff. de acquir. vel amitt. poss.* Si absens, haud prius acquirit possessionem, quàm si Constituto comperto id ratum habuerit, *arg. l. 43. §. 1. ff. eod. l. 24. ff. d. Negot. gest.* Ratio hæc esse videtur, quod possessio sine animo quæri non potest. *l. 1. §. 2. l. 3. §. 1. ff. d. acquir. vel amitt. poss.* animus autem uti ad ignorata applicari non potest, ita nec eorum possessio sc. extra peculiarem causam, nisi nobis scientibus, acquiri potest, *l. 1. §. 5. l. 4. l. 44. §. 1. ff. eod. l. 31. §. 3. ff. d. usucap. & usurp.* Et ista rati habitio debet adhiberi in eo tempore, quo adhuc causa ad est, ut peti possit, quapropter intra spatium centum dierum, post hoc nihil operatur, *l. 24. pr. ff. ratam rem haber. & ratah.* Quod tamen simpliciter non procedit: Eo quidem casu, ubi quis constituerit praviâ venditione
C 2 vel

vel donatione simplici, sine dubio requiritur præsentia
Constitutarii, verum non ita in donatione mortis causa,
quæ inter absentes rectè perficitur, *arg. l. 11. §. 11. vers.
Maritus Uxori ff. d. Don. inter Vir. & Uxor.* Videsis tamen
*Bachov. ad Treutl. vol. 2. disp. 19. th. ult. lit. a. ad verb. in
bac donatione,* & Constitutarii præsentiam non adeò ri-
gidè desiderabis. Errat igitur *Zasius ad l. 18. ff. d. acquir.
vel amitt. possess. n. 7.* qui putat, si priùs quàm ratihabi-
tio Constitutarii accedat, vi expellatur constituens,
quòd non detur illi interdictum recuperandæ possessio-
nis; Nam etsi Constituens non possit intentare adversus
eum cui constituit, potest tamen contra quemcunque
alium eo uti, prout *textus est rotundus in l. 17. ff. d. precar.
l. 1. §. 9. l. 2. ff. uti poss. cum simil. §. 4. Inst. de interd.* Pro
secundo non rectè sentit, *ad d. l. num. 8. cum Gloss. ad d. l.
18. quod meo. Super vers. possidere,* requirentes, ut sublit
vel præcedat causa ad dominium habilis, alioquin per
Constitutum non transferatur possessio, hæc enim opi-
nio à Dd. communiter improbatur, *per text. l. 1. §. 4. ff.
de acquir. vel amitt. possess.* Ubi ex Contractu donatio-
nis inter virum & uxorem, qui est à jure reprobatus, ni-
hilominùs per Constitutum transfertur possessio, *Tira-
quell. part. 1. num. 49. d. Const. possess.* & tamen non inter-
venit justa causa: Secundo hæc opinio improbatur,
per l. 6. §. ult. l. seq. d. t. Ubi ingrediens acquirit posses-
sionem naturalem, & quàmprimùm civilis vacat, eam
quoque, quamvis & hic nulla habilis causa ad transferen-
dum dominium interveniat. *Alex. latius in d. l. 18. ff. de ac-
quir. vel amitt. possess. n. 9. cum sequent. aliquot.* & hæc
de requisitis, inveniuntur quidem adhuc plura requisi-
tà apud Dd. quæ tamen partim sub his comprehendun-
tur,

8
tur, partim haud commodè huic negotio applicari pos-
sunt: Ex supra adductis requisitis experimur, non omnes
posse constituere, sed hos tantùm, qui per constitutum,
vel precarium, vel alium actum fictum, possessionem
transferre possunt. Prohibetur igitur

Aphor. XIX. I. Pupillus: Isti enim omnis alie-
natio sine Tutoris auctoritate est inter dicta, *l. 9. pr. ff. d.
auctor. Tut. §. 3. Instit. quib. alien. licet vel non.* tam allo-
dialium per *d. text.* quàm Feudalium, *c. investitura au-
tem, 2. F. 3.* Feudi novi etiam Tutore authore, *tot. tit. de
reb. eorum, qui sub tut. vel curat. §. tot. tit. C. d. prad. §.
al. reb. minor. sine decret. Zas. p. 5. num 41. Arum D. Feud. 3.
rb. 22.* Feudi verò antiqui renovatio infantiam egres-
sis videtur concessa, *d. c. investitura autem F. 3. Ibiq. Gloss.
Jacob. de Bellov. Andr. d. Ifern. §. Bald. Hanneton. c. 5. Zas.
p. 3. n. 37. Borcb, c. 5. n. 43. Vult cap. 3. n. 7.* Feudi enim an-
tiqui investitura seu renovatio propriè non est species
alienationis, sed prioris Feudi continuatio & confirma-
tio, *Magnific. ac Nobilis. Dn. Christoph. Philippus Richter,
Dn. Praeceptor ac Promotor meus singulari honoris devotio-
ne sanctè devenerandus cent. reg. 32. num. 16.* Supra dicta
autem alienatio non tantùm est interdicta infantibus,
id est, septem annis minoribus, *l. 13. pr. C. d. Jur. deliber.*
Sed etiam infantiae & pubertati proximis; qui etiã prohi-
bentur hypothecã & pignoris nexum inire, manet enim
res ita devincta & obnoxia vèditionis periculo, ut per illã
Creditori satisfiat, si aliud nō sit, unde debitum solvatur,
Ludov. Molina, tr. 2. d. 464. Et quamquam in obligatio-
nibus acquirendis suam conditionem meliorem facere
possint, *pr. Instit. de auct. tutor.* Illud tamen in alienan-
do & constituendo non est attendendum, quoniam de-

trimento est conjunctum, §. 9. *Instit. de inutil. stipul.* Et hoc omne adeò verum, ut nec Tutoribus quidem auctoribus pupillis simpliciter alienare vel constituere fas sit, l. 1. ff. d. reb. ero. quæ sub tutela vel cur. l. 22. *Cod. d. administ. tut.* nisi prius Prætor vel Præses, quibus hoc specialiter Senatus Consulto datum, l. 1. l. 5. §. 9. l. 11. ff. d. reb. eor. & c. l. 2. §. 1. ff. d. effic. ejus, cui mand. causâ cognitâ alienationem permittant: Quod tamen in praxi, quoad Tutores vel Curatores, adeò rigidè & strictè non observatur. Teste *Tiraquell. in tr. de Const. possess. part. 3. Lim. 19. num. 3.* & alii adhuc possunt videri casus in quibus Magistratus decretum à lege non desideratur, ex l. 22. *C. de admin. Tut. Wesemb. parat. de reb. eor. quæ sub tut. vel curat. Schneid. ad §. 3. Instit. quibus alien. licet vel non.*

Aphor. XX- 2. Minor Curatorem habens, d. l. 22. *Cod. de administ. tut. l. 1. ff. d. bon. eor. qui sub tut. vel curat.* Constitutum enim in contractu b. f. celebrato, per minorem inductum ex dolo ad contrahendum, non transfert dominium nec possessionem, etiamsi juraverit, quia fictio ad hoc ut operetur, præsupponit validitatem actus, *Bald. conf- 213. punctus talis est ante med. verb. qua propter dico lib. 1.* Curatorem verò non habens uti illi de mobilibus levioris momenti alienatio permessa est, ita etiam de jam dictis constitutum, l. 21. ff. d. R. I.

Aphor. XXI. 3. Prodigus, etiamsi majorennis, modò Magistratus talem declaraverit, §. 2. *Instit. quib. non est permiff. facere testam.* Nam huic quoniam omnis alienandi potestas est adempta per l. 12. *Tabell.* consequenter etiam & Constituendi.

Aphor. XXII.

Aphor. XXII. 4. Morbo fontico laborans,
vel alio vitio corporis, *l. 8. §. 3. ff. d. tut. vel curat.*
l. 8. §. 3. ff. d. tut. vel curat. §. 4. Instit. de curat. qui tamen
ultimæ voluntatis dispositionem erigere potest, modò
secundùm *l. 10. C. qui testam facere poss.* eam dirigat. Se-
cundùm quam etiam potest constituere.

Aphor. XXIII. 5. Filius-familiâs de bonis ad-
ventitiis, in quibus solam tenet proprietatem, Pater verò
habet usumfructum; Ille enim inscio vel dissentiente Pa-
tre, nec alienando, nec constituendo aliquid efficit, *l. fin.*
§. 5. C. d. bon. qua liberis; Videtur quippe istud interdictū
introducū tam propter jus in bonis his patri competens,
quàm propter ipsos filios-familiâs; nam notanter dicit
Imperator in *l. 6. C. de bon. qua liber.* Se nolle ex hac ra-
tione filiis-familiâs horum bonorum alienationem per-
mittere, ut coarctarentur juveniles calores, & ne
cupidini dediti asperum sentirent exitum, qui post
dispersum eos expectet matrimōnium. Reliquorum ve-
rò bonorum adventitiorum, quorum Pater Usumfru-
ctum non habet, *Nov. 117. c. auth. excipitur, d. bon. qua*
lib. item Castrensum & quasi Castrensum, quorum
integrum tenent commoditatem, alienationem & con-
stituendi potentiam censemus permissam.

Aph. XXIV. 6. Maritus: quamvis n. illi omnium
bonorum, quæ sub dotis nomine veniunt, tam mobi-
lium, quàm immobilium, utile dominium constante
matrimonio, *§. 41. Instit. de ver. div. & acquir. ipsar. dom.*
directum autem uxori, *l. 3. §. 5. ff. d. minor. l. 30. Cod. de*
Jur. dot. l. 17. ff. eod. l. 24. §. 5. ff. solut. matrim. competat,
nihilominus omnis alienandi potestas illi est adempta,
per

per L. Juliam & pr. Instit. quibus alienare, licet vel non
& hoc præcipuè propter dotis causam teste Pomponio in
l. 1. ff. Solut. matrim. Publicè enim interest, mulieres et-
iam in casum soluti matrimonii salvas habere dotes, pro-
pter quas ab aliis iterum in matrimonium duci queant,
l. 2. ff. d. jur. dot. Sin verò æstimatò eas acceperit, ac ex mari-
ti bonis post ejus mortem uxori satisfieri poterit, l. pen. C.
d. jur. dot. tunc quoniã fit pleno jure Dominus, potest etiã
constituere: Uxor tamen post mariti mortem omnibus
debitoribus reliquis, tam hypothecariis expressis vel
tacitis, quàm personaliter Privilegiatis vel Chirogra-
phariis præfertur, Berlich. in Concl. 65. num. 1. 2. part. 2. &
hoc quoad Jus civile, per l. 4. C. in quib. caus. pig. vel hy-
pob. tac. contrab. quàmvis secùs quoad Jus Saxonicum,
in quo unanimi consensu receptum, ut uxor expressam
anteriorem hypothecam habentibus non præferatur
Coler. test. part. 2. decis. 270. n. 1. sub fin. Berlich. d. l. conclus.
part. 2. n. 4. & seqq.

Aphor. XXV. 7. Prohibentur Tutores & Cu-
ratores: Nec hi rerum pupillarium utile, nedùm di-
rectum habent dominium, nam non tenent, nec possi-
dent suo nomine, ideoque per constitutum, vel preca-
rium, vel alium fictum modum possessionem transferre
non possunt, l. 7. l. 54. ff. d. R. J. l. 20. ff. d. acquirend. rer.
dom. Tiraquell. tract. d. Const. possess. part. 3. Lim. 15. num. 1.
Bald. Cons. 130. casus super quo in fin. lib. 3. Contrarium
tamen in praxi obtinere, non quidem secundùm rigo-
rem Juris, ejusque subtilitatem, sed æquitatem, testa-
tur laudat. Tiraquell. d. tract. d. Const. poss. Lim. 15. n. 3.
quod confirmat Gloss. in not. ad l. 60. ff. d. procur. Tutoribus

ribus adscribendo mandatum cum liberâ, hoc autem habentes posse constituere, infrâ demonstrabitur: Sic si in consequentiam licitæ alienationis possessionem rei pupillaris transferri necesse sit, sufficit in eam rem clausula constituti, cum pupilli quoque inter sit, ut intelligatur translata possessio, ne ex emto fortasse teneatur, *l. 14. §. 1. ff. d. acquir. poss. & ne quod in pupillorum favorem constitutum est, in eorum retorqueatur odium, l. pen. C. ad Sctum Trebell. Ant. Fab. in C. lib. 7. titul. defn. 17.* Nihilominus puto, haud prius Tutores vel Curatores posse constituere vel possessionem transferre, quàm de illorum munere sive potestate constabit: Si verò Tutores non esse constet, ne quidem cum cautione admittantur, nisi forte conjunctæ sint personæ, *l. 35. pr. 40. §. fin. ff. d. procur.* nemo enim aliquem statim præsumit Tutorem, adeoque hoc ipse probare, vel ad minimum de rato cavere debeat.

Aph. XXV. 8. Procurator: qui præcisè ad vendendum constitutus, *Tiraq. cum mult. sequac. de Constit. Possess. part. 3. Lim. 13. n. 1.* Vult enim illud vocabulum vendendi in mandato expressum, suum habere effectum, *l. 1. §. hac autem verba in pr. ff. quod quis Juris.* Præsuppositâ autem venditione cum mandato factâ, concludimus possessionem abiisse, *per §. vendita 42. Instit. de rer. div. & acquir. ipsar. dom.* ita ut postea constitutum superfluum esset. Deinde Procurator formam mandati diligenter observare & custodire debet, *l. 12. Cod. mand. dat. l. 5. l. fin ff. d. Procur. §. 8. Instit. d. mand.* Si autem simpliciter est constitutus, dicerem cum *Bart. in l. ult. in fin. prin. ff. quæ in fraud. Credit. & in l. si Procurator in pr. ff. de Jure Fisci,* illum habere mandatum, ad ea, quæ
D sunt

Sunt de consuetudine: Et hanc opinionem in praxi observatam, præsertim quando in illis non singulare versatur præjudicium, testatur *Tiraq. tr. d. Const. Poss. part. 3. Lim. 9. Angel. conf. 373. visis instrumentis col. 1. text. expressus in l. 6. §. 1. ff. precar.* Ita etiam potest constituere Procurator, si generaliter cum libera constitutus; **Da Er / (Procurator) auch eines mehrers Gewalts benöiget / wil ich Ihme dieselbe** cum omnibus clausulis solitis, consuetis & necessariis **in besser Form Rechtens / &c. auffgetragen und gegeben haben /** tunc enim, quod mandatum speciale operatur in specie, hoc generale operatur in genere, *Bart. in l. 13. ff. d. donat. Gloss. in l. 41. ff. d. Usucap. l. 17. §. 3. l. seq. ff. d. jurejur.* Et iste Procurator potest omnia, quæ ipse dominus posset facere, *l. 58. ff. d. Procur.* Generali autem hac locutione non sunt comprehendendi casus speciales, in quibus singulare aliquod versatur præjudicium, ut antea dictum, nec hi, qui singulari jure nituntur, *l. 13. Bart. Codic. d. Silentiar. lib. 12. Bald. in l. 4. C. d. SS. Eccl.* nec hi, de quibus mandantes non censentur cogitasse, sed uti hi speciales, ita etiam debent mandato speciali esse instructi *Dn. Carpz. P. C. tit. 5. art. 2. n. 3. 4. & 5.*

Aphor. XXVII. 9. Idem fermè obtinet in Syndicis; quamvis enim & hi præsumantur habere mandatum generale cum liberà, *Gloss. l. 60. ff. d. Procur.* Nihilominus in causâ alienationis bonorum Civitatis Syndicus mandatum speciale à Consulibus & Senatoribus non tantum, sed etiam nomine Civium à Tribunis plebis (à Civibus constitutis) subscriptione confirmatum debet habere, *Dd. ad l. 27. ff. si cert. petat. aliàs bona Civitatis*

tatis communia à Senatu Oppidano absque Civium con-
sensu alienata, validè non censentur obligata, oppigno-
rata & distracta. *Dn. Carpzov. P. Civ. tit. 5. art. 4. num. 30.*
31. 32.

Aphor. XXIIIX. 10. Notarius, citra ratihabitio-
nem; possessio enim uti citra animum illius, cui quæri
debet, non acquiritur, *l. 1. §. 2. l. 3. §. 1. ff. d. acquir. vel
amitt. poss. Paul. de Castro. cons. 195. Visis qua narrantur in
2. dubio, quod est in col. 3. vers. Secundò videndum est lib. 2.*
ita absque animo veri Possessoris non amittitur, *l. 3. §. 6.
& 7. ff. d. acquir. vel amitt. poss.* Nec obstat, quod do-
minium ex hujusmodi stipulatione Notarii transferatur
in eum, pro quo stipulatus est E. & Possessio. Negatur
enim, quod ex solo contractu Notarii nostro nomine
facto dominium ad nos transferatur, cum per liberam
personam non transferatur dominium ad alterum sine
ejus ratificatione & interveniente traditione, *l. 24. ff. d.
negot. gest. l. 20. C. d. pact.* An autem absens expressè aut
tacitè constituti stipulationem Notarii ratificet nihil re-
fert, generale enim hoc est, ut tam tacitè, quam ex-
pressè ratum habere possimus, quod nomine nostro ge-
stum est, *l. 12. §. 1. ibiq. Br. ff. rem rat. hab. l. 66. ff. d. fidej.*
Sic & per solutionem expensarum factarum in lite per
Syndicum videtur universitas gesta ab eo ratificare. *Spec.
tit. d. Syndic. §. 1. vers. sed pone. & exigens rationem admi-
nistrations censetur ratificare gesta ab eo, qui admini-
stravit, Paul. de Castro. cons. 1. vol. 1.* Sed quid dicendum
fuis, cui stipulatus est Notarius nolit agnoscere, & acce-
ptare constitutum, num ipsi Notario prodesse possit?
Et videtur quidem dicendum esse, quod sic, *per l. 4. C.
si cert. pet. ibi, quod si absentis pecunia nomine ejus fœnori*
D 2 da-

data est, seu ratum non habente, is, qui ejus nomine dedit experiri potest. Et per ea, quæ tradit, *Bald. in l. 2. C. in lic. ab emt. disc.* si frater pro fratre stipulatus fuerit feudum, quod fieri posse probatur, *per text. 2. F. 18. & nolit.* & nolit acceptare, totum quæratur stipulanti fratri, Attamen cum Notarius hic nudus sit minister, verius est, nihil apud eum remanere, *arg. l. 17. ff. d. legat. 2.* Et quia etiam nulla est voluntas, nec ipsius, nec contrahentis cum eo, ut ei quæratur. Sed hoc tamen ita intelligendum esse putamus, nisi ipsius Notarii pro alio stipulantis interfit, id fieri, quod stipulatus est; tunc enim licet principaliter non habuerit propositum acquirendi sibi; tamen habuit secundario, illo, pro quo stipulatus fuerat, non ratificante, quod sufficit juxta, *l. 16. ff. d. adm. & peric. tut.*

Aphor. XXIX. ii. Eodem modo **Negotiorum gestor**, *l. 24. ff. d. Negot. gest. l. 41. §. fin. ff. eod. & Dd. in l. 1. Cod. d. negot. gest.* non opus tamen semper expressam ratificationem, sed tacita sufficit, *l. 19 ff. d. Scto Macedon. l. 23. §. 1. ff. d. in offic. testam. Tiraquell. part. 3. Lim. 30. n. 11.* & per istam ratificationem definit esse actus ipsius gestoris, nec ei, sed domino attribuitur per æquæ, ac si ipse fecisset, *l. 6. §. 9. & 10. ff. de Negot. gest. l. 9. Codeod.*

Aphor. XXX. 12. **Prælati**; is enim non transfert possessionem rei Ecclesiasticæ *Innoc. inc. super d. caus. poss. & proprietatis*, hoc tamen ita intelligendum, si solus alienaverit & constituerit, se nomine alterius velle possidere, si vero unanimi consensu ac permisso Capituli hoc fecerit, valebit Constitutum, *Oldra cons. 309. in causa hospitalis & apert. Matthes. d. not. 167. nota quod si Tutor & Frans.*

Rip.

Rip. in l. 1. pr. ille ad. fin. hic vol. 17. vers. ex hoc infert. ff. d. acquir. vel amitt. poss.

Aphor. XXXI. 13. Judex & Fiscus nomine debitoris vendentes. Nam quamquam factum Judicis sit factum partis, per Constitutum tamen non possunt transferre possessionem, *Dd. in l. 1. ff. d. acq. vel amitt. poss. Tiragnell. d. Const. poss. part. 3. Lim. 17.* Nihilominus possunt licentiam concedere emtori, ut propria illam capiat autoritate, *Bart. & alii ff. d. acquirend. vel amitt. possess. l. 137. ff. de R. J. Ruin. con. 40. col. fin. lib. 4.* Inolevit enim practioa, quod laboratores recognoscant Emtores à Judice vel Fisco, satisque censetur probata traditio possessionis concurrente perceptione fructuum, *Cardinal. Tusch. concl. 785. n. 42.*

Aphor. XXXII. 14. Vasalli & Emphyteutæ irrequisitis suis Dominis, *l. 22. C. t. pact. l. 10. & 13. ff. de transaction. l. 60. & 63. ff. d. procurat. c. Imperialis benevolentia, 2. Feud. 52. & 55. l. 3. C. de Jur. Emphyteut. & hodiè etiam in summa necessitate, quamvis olim svadente necessitate alienare quippiam potuerint, d. c. est autem, 2. Feud. 9. & quamvis Emphyteuta sit Dominus Juris Emphyteutici, non tamen est Dominus fundi Emphyteutici, l. 1. §. 1. ff. si ager. vectigal. Valascus tract. de Jur. Emphyteut. q. 15. n. 1. Garsias tract. de expens. & meliorationibus. cap. 2. n. 52.* Sin autem sine reali traditione cum protestatione & reservatione Juris Domini constituerint, non cadent Jure suo. *Bald. in c. 1. §. hoc quoq. col. pen. vers. Sed pone, quod condidit, tit. d. succ. feud. Tirag. de Const. poss. part. 3. Lim. 26. n. 6.*

Aphor. XXXIII. 15. Coloni, Conductores. Servi,

Servi, hi enim propriè loquendo non possident, sed saltim detinent, & sunt in possessione, *l. 7. §. 11. ff. de acq. vel amitt. poss.* atq; illam rem alienam, quam detinent, Jure conventionis, non verò ex Jure aliquo in re constituto detinent, *Wesembec. ff. eod. num. 8. in pr. Dn. Habn in not. ad d. t. Angel. cons. 2. certum est, n. 7. verò ostend. & sunt custodes, l. 3. §. fin. ff. d. acquir. vel amitt. possess. Alex. cons. 121. visis in pr. lib. 5.* Et ita omnes, qui quidem Domini sunt, liberam autem suarum rerum non habent administrationem, & qui Domini non sunt, sed nostro nomine vel ministerio possident, constituendo nihil agunt.

Aphor. XXXIV. Forma porrò Constituti duplex datur: Una est essentialis, altera accidentalis. Illa est vel absoluta, quando quis rem, quàm alteri vendit, donat, simpliciter ejus nomine possidere constituit, *l. 19. §. 28. ff. de acquir. vel amitt. poss.* vel respectiva videlicet habens ad precarium respectum; Ut si à Creditore precario me possidere constituerim. Et hoc modo constituens omni penè momento revocabilem quidem habet possessionem, *arg. l. 15. §. 4. ff. de precar.* Suo tamen non alieno nomine possidet, & quidem naturaliter, *de l. 15. §. 4.* licet priori modo constituens alieno possidet nomine, *d. l. 15. ff. de acquirend. vel amittend. possess.* & nihil præter nudam & simplicem detentionem retinet. Hæc, nimirum accidentalis, consistit in eo, quod constituens, secundum definitionem nostram, testibus præsentibus vel documentis cujusdam interventu constituat, seu constitutum profiteatur; quàm ideò accidentalem appellamus, quòd hæc solennitas non tam necessitatis, quàm firmioris confirmationis & melioris probationis ergò.

ergo solet adhiberi: Testes enim censentur id eò adhibi-
ti seu rogati, ut tueantur statum causæ, & si fortè res
lite sit dirimenda, tanquàm boni viri patrocini-
um ferant veritati. *Novell. de test. in pr. Const. 90. uti & instru-
menta Const. Imp. c. cum Johannes §. porro cum dubitatio.
d. fid. Instrum.* Dicuntur siquidem & conficiuntur instru-
menta, ut per ea instruatur causa, ac pateat, de quo in-
ter contrahentes convenerit, *l. 1. ff. d. fid. instrum. l. 11.
Cod. qui in pig. hab. pot. Bald. in l. 1. C. d. jurejur. propter ca-
lum dand. n. 5. vers. in contr. fac.* Prout igitur omnis pro-
batio per testes, sive instrumenta fieri potest, exceptis
quibusdam casibus, *d. quibus Gloss. c. 1. in verb. in scriptis
d. censibus. in 6. & ubi certus numerus testium non est spe-
cialiter expressus, ibi duo sufficiunt, l. 12. ff. d. test. Deut.
19. vers. 5. Matth. 18. 16.* qui si modo omni exceptione ma-
jores, h. e. integræ opinionis & famæ sint, ut eorum fi-
des nullâ ratione elevari possit, & deinde de facto, quod
certo sensu perceperunt, testentur, faciunt plenam &
perfectam probationem, *Berlich. part. 1. concl. 36. num. 6.
Emericâ Rosbach. in Prax Civ. titul. 53. n. 5.* ad quam aliàs
unus, etiamsi in summo honore sit constitutus, non suffi-
cit, *l. 1. in fin. ff. quemadmod. testam. aperiantur, l. 9. §. 1.
C. d. test. l. 20. ff. d. quest.* Omnis enim veritas in ore
duorum & trium consistit, *Deut. 19. 15. Matth. 18. 16. l. 22.
C. de test.* Non tamen unus testis prorsus nullam facit fi-
dem, sed aliquam, quàm postmodùm Judex per Jura-
mentum suppletorium supplere potest, *Nobilis. ac Am-
plius. Dn. Praeses, Patronus meus, Praceptor, Fautor, ac
Promotor, summo honoris, ac observantia cultu etatem
colendus ad d. l. 9. C. d. test. Joh. Oldendorp. in loc. top. in
fin. tit. d. semipl. prob.* Et hæc omnia in ordinariis pro-
ces-

cessibus, aliter autem in causis brevioribus & summariis, in quibus unus sufficit testis, & plenè probat, Jason. in l. 31. in repet. ff. de jurejur. n. 187. Myns. in c. licet universis 23. extra de test. & attest. num. 3. post. princip. Præsertim in Judiciis Possessoriiis, in quibus dicitur agi de levi præjudicio, in his sanè probatio per unum testem plena & sufficiens est. Jason. d. l. 31. in repet. n. 187. v. eod. mod. in Judic. Possessor. Br. in l. 1. Cod. quor. bonor. num. 3. & seq. & in l. 2. §. 1. sin verò post Cod. ubi in rem actio. num. 1. sub fin. vers. quandoq; fit. Porro instrumenta quod concernit, eandem, imò interdum potiorem, l. 10. ff. d. probat. merentur fidem. Sunt autem vel publica, vel privata, l. 5. C. d. probat. l. 19. C. d. fid. instrum. Nov. 49. c. 2. Publicum est, quod publica Judiciis vel Magistratus auctoritate confectum, l. 3. Cod. sine cens. vel reliquis. l. 10. ff. de probat. tit. Cod. de apoch. publ. l. 2. Cod. d. edend. vel confirmatum, c. scripta, c. quoniam extr. de fid. instrum. l. 2. Cod. de testam. Sichard. ad Rubric. Cod. d. fid. instrum. & quoniam hoc verè & absolutè publicum, ideò testibus potius est, l. 10. ff. d. probat. nec ullos testes desiderat, l. 31. Cod. d. donat. l. 19. Cod. de testam. Ayers Process. p. 1. cap. 9. observ. 8. Cui nunc confine illud, quod à Tabellione, velut personam publicam, l. 31. d. tab. Lib. X. l. 11. Cod. qui potio. in pig. juxta præscriptam formam, d. qua videtis Novell. 47. c. 1. & 2. Nov. 73. c. 1. Recess. Imper. d. ann. 1512. tit. de Notariis §. und nachdem/ est conscriptum, quod etiam quodammodo publicum nominari potest, Bocer. cl. 5. d. 24. tb. 8 Bornit. l. 2. d. instrum. c. 6. & plenam facit fidem teste Berlich. part. 1. concl. 36. num. 7. cum mult. concord. Job. Oldendorp. in loc. top. d. plen. & semiplen. probat. facti, num. 2. Privatum est, quod à non publicam personam prin-

privatim est conscriptum, ac sola nititur scribentis au-
thoritate, *Rutger. Rul. tr. d. commiss. part. 2. lib. 5. cap. 11.*
num. 1. An verò & hoc plenè probet? valdè dubitant
Dd. 1. propter verba: veluti per Epistolam, vel per nun-
cium, *Inst. d. obligat. ex conf. 2.* propter textum, *in l. 1.*
pr. d. Cod. de jur. jurand. propt. calum. dand. Ubi instru-
menta & privata scripturæ invicem separantur, *Wesemb.*
in Comm. ff. eod. num. 1. sub fin. Joachim. Mynsing. eod. n. 5.
6. 7. & 8. Nobis tamen contrarium arridet. 1. quia in-
strumenta ex eo appellantur, quod per ea instruatur cau-
sa, *l. 1. ff. d. fid. instrum. l. 11. Cod. qui pot. in pig hab. Bald.*
in l. 1. Cod. de jur. jurand. propter. calum. dand. n. 5. vers.
in contr. fac. hanc autem privata scriptura etiam instruit.
2. svadet illud *l. 5. C. d. probat. Carpz. in proc. civ. tit. 14.*
art. 5. num. 33. **Non obstante** prima in contrarium
adducta ratione; **Respondemus** enim quamquam
instrumentum privatum ubi utriusq; consensus non in-
tervenit, non probet pro scribente, probat tamen con-
tra illum, *l. 26. §. fin. depos. l. 13. C. d. non num. pec. Freher.*
lib. 2. de existim. c. 2. num. 1. Si autem adversa pars illud
produxerit, probat etiam pro scribente, *l. 17. Cod. d. te-*
stam. Is enim, qui instrumenta producit, censetur o-
mnia in instrumentis fateri contenta, *Berlich. cum mult.*
allegat. part. 1. conclus. 43. num. 20. **Nec obstante**
secundâ in contrarium adducta ratione; **Responde-**
mus enim etsi privata scriptura secundum usum lo-
quendi non sit instrumentum, ut vult *text. l. 1. Cod. de*
jur. jurand. propter calum. dand. oppositus, attamen se-
cundum propriam significationem, quæ sumitur ex allu-
sione vocabuli, scriptura privata etiam est instrumen-
tum

E

tum

tum, quia instruit causam, ut supra l. 1. ff. d. fid. instrum.
l. 5. Cod. de prob. l. 1. §. 3. l. 6. §. pen. ff. d. edend. l. 17. Codic.
d. fid. instr. l. 11. C. qui pot. in pig. Berlich. part. 1. concl. 43.
m. 6. qui hanc opinionem testatur observatam per Const.
Elect. p. 1. const. 17. Bachov. ad Treut. d. 5. th. 1. lit. 2. Pri-
vatum autem instrumentum, si utriusque contrahen-
tium consensu fuerit confectum, & in Judicio, vel coram
Judice etiam extra locum sessionis & tribunalis, Coler.
d. proc. execut. part. 3. c. 1. n. 105. & seqq. Rebuff. in tract. d.
chirograph. num. 68. Köppen. decis. 46. in cip. hodiè in foris
vers. 27. breviter autem, & c. Non autem coram Notario,
l. 41. C. d. liber. caus. l. 2. C. d. jur. Fisci, l. 2. Cod. d. edend.
Hujus enim officium est scribere, quæ coram Judice ex-
pediuntur, non autem recipere instrumenta; bonâ fide,
non fraudulenter fortè in præjudicium creditorum, d.
Cöl. in proc. Execut. part. 3. c. 1. n. 105. Joh. Köppen. d. deci.
46. n. 27. vers. 2. debet fieri bona fide, & c. à scribente seu
ejus Procuratore, Daniel. Moller. lib. 4. Semest. c. 43. in cip.
de recog. Scripturarum aut Sigillorum, n. 3. ibi & si autem,
& c. Elector Saxonie Johan. Georg. novissime in sua Proceß-
und Gerichts-Ordnung / c. von recognition der briefflis-
chen Urkunden 25. column. 1. §. 1. vers. oder durch einen
mandatarium, pag. 65. habente tamen ad hoc speciale
mandatum, Nicol. Mozz. tract. d. contr. lit. de mand.
& de divis. mand. num. 51. vers. 6. recognitum, non se-
miplenam, sed plenam facit fidem, Nicol. d. Passer. lib. 1.
de script. priv. c. 44. num. 225. Köppen. decis. 40. n. 35. Car-
pov. in prax. civ. tit. 14. art. num. 33. prout etiam illud,
quod à tribus testibus est subscriptum publico instru-
mento comparatur, l. 11. & ibi Godofredus. Cod. qui pot.
in pig. Authent. Siquis eod, Gail. lib. 2. observ. 25. num. 10.

Rut-

Rutger. *Rul. pag. 2. lib. 2. c. 11.* Copiæ verò seu exemplaria instrumentorum non probant, sed ad faciendam fidem originalia sunt producenda, *l. 2. ff. d. fid. instrum.* Attamen si autoritate & jussu judicis ex originali sint transumpta, *c. pen. & ult. extr. d. fid. instrum.* vel etiam cum per Notarium Judicii collecta essent, inter acta reperta *Mynsing. obser. 75. num. 1.* vel ex archivo fide publicâ tractâ, *Novell. 49. c. 2. l. 7. C. d. edend. Bornit. ad l. 3. d. instrum. c. 3.* authenticorum seu Originalium nituntur vigore. Præcipuum tamen instrumenti fundamentum sit rei gestæ series, quod deficiente, fides instrumenti labascit, per ea quæ tradit *Udalric. Zas. 2. singul. respons. 23. num. 10.* Veritas enim majorem vim quàm instrumentum obtinet, *l. 7. Cod. d. donat. Meisner. dec. Cam. 14. num. 103.* Et hæc nunc omnia, ut supra dictum, magni faciunt ad meliorem confirmationem & probationem, ita, ut quamvis non secundum jus civile, de quo jure contractus vel instrumenta non habent paratam executionem, *Anton. Tessaure. dec. pedemont. 26. incip. instrum. regulariter, n. 1. & seqq.* Attamen secundum Jus Saxonicum paratam executionem quasi in tergo secum ferant. *Lands-Ordnung tit. versakte Brieffe und Siegel vers. und erst darüber erkennen lassen wolte / daß Jhn solches keines Weges gestattet / sondern wider Sie Inhalts gegebener Brieffe und Siegel schleunig soll verholffen werden / quod legimus repetitum in ordin. politica Elector. Saxon. d. anno 1612. tit. von Justitien Sachen / num. 10. & in ordinat. process. Judicarii, tit. 24. §. Wann auch einer / &c. Vers. Es wehren dann solche Urkunden / modò instrumenta liquida, & non adhuc liquidanda, nec conditionalia, Cardinal. Tusch.*



Tom. 7. pract. concl. verb. condit. concl. 593. in cip. conditio nihil ponit. num. 5. & seqq. Brunner. in l. Creditor. Cod. d. pig. quest. 3. n. 3. nec disputabilia, l. ult. Cod. d. edict. Dn. Hadrian. toll. Matthæus Cöler. de process. execut. pag. 3. s. 1. num. 59. ibi etsi verò super, & c. Nihil autem faciunt ad essentiam: Nam si Creditor nullum testem, nec instrumentum posset producere, & nihilominus Debitor vel constituens ipsemet confiteatur se pro Constitutario possidere, iisdem viribus constitutum subsisteret, quibus subsistit, cui hæc accidentaliter solennitas intervenisset. Tiraquell. ampl. 2. part. 2. q. 3. & seqq. prout nec ille, qui instrumentum habuit, illud autem fortè casu vel incendio amiserit, cadit suo jure, si modò aliter constitutum probare potest. Is autem, qui allegat, rem sibi ex constituto acquisitam, & non probat animum Constituentis, item quòd Constituens possederit tempore constituti, succumbit Tiraquell. d. Const. possess. p. 3. Lim. 1. n. 8.

Aphor. XXXV. Ne nunc aliquis putet Constitutum possessorium ac Constitutum conventionale unum & idem esse, quia per unum genus nimirum vocabulum conventionis (quod ad eò generale, ut eleganter dicat Pœdus, nullum esse contractum, nullam obligationem, quæ non habeat in se conventionem, sive re, sive verbis fiat. Wesembec. in parat. ff. d. pact. num. 2. Franc. Balduin. in sua catechesi Juris. cap. 4. ita ut genus sit generalissimum, l. 1. §. conventionis, ff. d. pactis) definiuntur, haud penitus erit intactus relinquendus locus de differentia: Et sanè totò cœlò hæc duo differunt negotia. 1. quoad causam impulsivam, illud causatur debitum, quod semper præsupponitur, sine quo non est, nec valet, tanquam Con-

Constitutum, hoc haud pariter, quia in venditionibus & donationibus suas habet vires, *Zaf. ad. l. 21. num. 5. ff. d. acquir. possess. 2.* quoad objectum reale, ille enim Constitutarius jus ad rem, sive cautionem in persona, hic verò in re (& quidem juxta definitionem) Debitoris propria; fit enim statim Possessor & Dominus, ita ut constituens postea non pro se, sed Constitutario possideat, ut supra. 3. quoad objectum personale: in illo enim duæ, tres, & plures possint intercedere, hic semper duæ, nec plures, nisi conjunctim pro duabus habentur personis, una quæ constituit, altera cui constituitur; nam duobus una res in solidum non potest purè constitui, quia quod hic tenet & possidet, alter possidere non potest, ut etiam supra traditum. Et multæ adhuc aliæ sunt differentiæ, quæ facili labore unusquisque, cui modò nota horum negotiorum natura, poterit comprehendere.

Aphor. XXXVI. Finis hujus negotii consistit in utilitate ipsius constituentis & Constitutarii. Præcipuus & primarius est in re vendita: Circa quam potest Emtor constituere, se velle nomine venditoris possidere, donec premium huic solvatur integrum, itaque si Emtor vult rem emtam tenere, premium adhuc residuum solvat, soluto eo desinit nomine venditoris in possessione esse, & proprio nomine possidet: Si autem rem emtam non vult tenere, optimè sibi constituto apposito consulere poterit, ut eam interim ad tempus, vel ad mortem usque uti frui sibi liceat, elapso deinde eo tempore res recurrit ad illum, cujus nomine constituens confessus est possidere. Secundus usus est in hypotheca Creditori seu Constitutario posita, circa quam Debitor potest constituere,

se velle illam possidere nomine Creditoris & constitutarii, & per hoc constitutum hypothecæ possessio videtur, & censetur in Creditorem, seu Constitutarium translata, prout in hunc finem cottidiè in praxi constituta possessoria occurrunt.

Aphor. XXXVII. Fini porrò affinis est Effectus: Et sanè hoc negotium abundat fermè effectibus: Primus seu communissimus effectus est, quòd per hunc fictum modum vera & propria possessio transfertur, *l. 15. ff. de usurpat. & usuc. l. 18. ff. d. acquir. vel amitt. possess. Alex. ad hanc, l. pr. num. 3. & seqq. Idem ad l. 1. pr. num. 89. ff. d. l. Schneidwin. ad §. 5. n. 109. Inst. d. interd.*

Aphor. XXXIIX. Secundus hujus negotii effectus se nobis ostendit in eo, quod venditor, cui aliàs ex lege contractus incumbit Emtori tradere rei venditæ possessionem, *l. 11. §. 2. & 8. ff. d. action. Emt. l. 66. ff. d. contr. Emt. l. 2. §. 1. l. 3. pr. §. 1. & 2. l. 13. ff. d. action. Emt.* liberetur ab ejustraditione, si rem venditam Emtoris nomine se velle possidere constituat: *Alex. conf. 28. visis 162. c. 7. in verb. ex emto*, ac si ipso actu secuta esset traditio, *idem Alex. conf. 42. num. 1. lib. 1.* ita ut postea Emtor ipsum venditorem non amplius actione ex Emto, sed tantum rei vindicatione & publiciana in rem actione, aut interdicto uti possidetis convenire possit. *Tiraq. part. 1. num. 7. & seqq. d. const. possess.* Ipse enim venditor constituto fateatur se nomine alterius possidere, & ita possessionem propriè sic dictam apud alium, nimirum Emtorem, esse, qua propter ulteriori traditione non videtur opus esse: Si verò venditor ultra constitutum promiserit se vacuum rei possessionem traditurum, nec postea illam tradiderit, omninò emtor illum actione ex Emto con-

convenire potest; illa enim promissionis verba non sunt
superflua habenda, *Corn. cons. 343. col. 3. vers. Et hanc par-*
tem, lib. 1. Idem consil. 53. in hac causa, col. 2. vers. tamen
adhuc respondetur, lib. 2.

Aphor. XXXIX. Ex hoc effectu nunc etiam tertio
effectui aperitur janua; Quem habes in eo: Si quis pri-
mò uni interventu hujus negotii clausulæ, & post etiam
alteri, eandem rem vendidisset vel donasset, eique rea-
liter tradidisset, quod nihilominus vi & efficaciâ hujus
negotii, primus secundo non solum quoad Dominium,
sed & ipsam possessionem præferatur, dominium enim
& vera possessio per constitutum, tam simplex, quam
cum præcariò, transit ad Constitutarium. *Dyn. con. f. 42.*
in pr. Ægid. cons. 12. num. 8. cujus nomine postea consti-
tuens in possessione mansit, possidens autem alterius
nomine non præjudicat Domino, si possessionem ejus
rei desidiâ vel dolo derelinquat; cujus regulæ triplex
potest dari ratio, prima ex parte Domini, cui sine facto
suo jus semel quæsitum auferri, & ad alium transferri
non potest, *l. 11. ff. d. R. I. nec à principe ipso, l. 2. §. 10.*
Et 16. ff. ne quid in loc. publ. Secunda ex parte constituen-
tis, ille enim relinquitur ex permisso ac consensu Con-
stitutarii in possessione, non ut conditionē Constitutarii
deteriorē faciat, *l. 133. ff. d. R. I.* quapropter suâ malignitate
ei damnum etiam non infert. Tertia ratione acquirentis
seu occupantis, hic cum alterius jactura sibi non potest
consultere, *l. 4. Cod. d. emancip. liber. c. primum, 22. q. 2.*
Quamvis enim nobis vel etiam aliis prodesse possimus,
alteri tamen per nostram prodesse, obesse vetamur, *l. 2.*
§. 5. vers. nam hac actione, ff. d. aqua & aqua plu. ar-
cend. Quapropter Constitutarius occupantem, etiam
ipsam

ipsam Ecclesiam, *Tusch. in concl. 786. constitutum operatur multa, num. 19.* propria vi expellere & possessionem actu corporeo recuperare potest, *Ang. cons. 373. in pr. vers. secund. quia,* Etiam renitente eo, cui facta est traditio, dummodò in continenti recuperet, *l. 17. ff. unde vi,* nec prius adierit iudicem & iudicium adversus debitorem elegerit, *Bald. l. 2. quest. 10. ff. d. servit. & aqua.* quam viam aliàs aliquis elegerit, illa ei etiam pateat, *l. 21. §. fin. ff. quod met. caus. l. 2. Cod. d. Jur. emphyteut.* ne iudicium inchoatum sit ludibrio, sitque in potestate uniuscujusque id ipsum evertere, *l. 30. ff. recept. qui arbitr.* Si autem ex intervallo velit recuperare, fieri debet publicè non proprià auctoritate, *Castrensis cons. 10. n. 4. lib. 1.* Huic nunc nostræ assertioni multi repugnant, quorum Catalogum ad longum refert iisdemque adstipulatur. *Tiraquell. part. 1. num. 21.* idque propter *arg. l. 9. §. 4. ff. de publ. in rem action. l. 31. §. fin. ff. d. action. l. 15. Cod. d. R. V.* ubi quoties duobus in solidum prædium jure distrahitur, manifesti juris esse traditur, cum cui prius traditum est, in detinendo dominio esse potiorem, addatur, *l. 6. Cod. hered. vel action. vend.* Verùm quanquàm hoc in terminis, ut loquuntur, suis obtineat, in præsentem tamen casu fallit: aliud enim est vendere cum abdicatione possessionis sub priori titulo; aliud uni simpliciter vendere, postmodum verò rem priori venditam alteri quoque tradere, *Rennem. de jur. oblig. disp. 24. th. 22.* Singulare autem recuperandæ possessionis remedium competit nostro Constitutario, adversus tertium, & quidem *ex l. ult. C. de acquir. vel retin. possess.* quam legem Dd. vulgò Constitutionem appellant, quâ Constitutione statim tertium pro recuperanda possessione possit convenire, non oppugnan-
te

re exceptione domini, sive exceptionibus petitorum
respicientibus; Frustrà enim excipit quis deproprietate,
qui solummodò de possessione convenitur, cui cum
proprietate nihil commune est, *l. 12. §. ff. de acquir. vel
amitt. possess. Anton. Fab. in Cod. suo, lib. 7. tit. d. amitt.
vel acquirend. possess. defn. 11. num. 3. Dn. Franzk. exerc. 14.
quest. 2.* Nec secundò obstante exceptione excussionis,
*Socin. conf. 82. supr. quest. lib. 3. Gozad. conf. 28. num. 15. &
27. Alex. conf. 138. Lanzelot. num. 4. vers. 3. lib. 2.* Spoliatus
enim ante omnia est restituendus, *Dn. Carpzov. resp. Ju-
rid. Elector. lib. 1. tit. 1. respons. 3. num. 6. & seqq. Magnific.
Dn. Richter. in cent. reg. 33. num. 18.* Ubi ita in Cur. Provin-
ciali Jenensi d. 9. Septembr. anno 1640. pronunciatum esse
scribit: **Daß Beklagter das Ritterguth Schwerstädt
mit Vorbehalt seiner darauff habenden Forderung/
und so vieler wie recht darthun und erweisen wird/
gegen gnugsamen Vorstand / Klägern zu räumen
schuldig.** Quod omne adeò verum, ut nihil referat, an
principalis debitor citetur, vel non: *Alex. conf. 85. n. 2. &
seq. verbis istis sic presuppositis.* Nam ad Judicii validita-
tem non est necessarium, ut citet debitorem principa-
lem, sed sufficit quòd citetur tertius contra quem dirigi-
tur petitio *Alex. conf. 85. n. 5. & seq. verb. conf. lib. 6.* Li-
cet etiam prius intentaverit hypothecariam, nihilomi-
nus potest variare saltumque facere ad hanc constitutio-
nem agendo contra tertium *Fab. lib. 7. Cod. tit. 7. defn.
contra ejus heredes & quemcunque b. f. possessorem se-
cundùm communem opinionem Gozad. conf. 82. n. 17. eà-
que uti ad annos 30. quamquam sciverit possessionem in-
terversam fuisse, Fab. d. lib. defn. 39. n. 15. & tit. 10. defn. 5.
n. 2. Anton. Tessauro. decis. 215. n. 6. vers. nec obstat. decisio.
25. n. 8. & hic effectus non tantùm est constituti puri, sed
F etiam*

F

etiam

etiam conditionalis purificatâ scilicet conditione, *Alex. conf. 153. circ. litem Tuscb. concl. 786. n. 13.* nec tantum bonorum presentium, sed & futurorum *Matth. de Afflict. decis. Neapolitan. 37. n. 4. n. 2. & 3. Tiraquell. de Constit. poss. part. 2. ampl. 32. nam. 1. usque ad 4. inclusive, Tessaure. decis. Pedemont. 215. n. 7. vers. sed ego.* Non autem post decennium illarum rerum, quæ Prætorum auctore vel subhasta venditæ & comparatæ sunt: Ubi enim alioquin alienationes sunt generaliter prohibitæ, censentur exceptæ necessariæ *l. 13. ff. de fam. ercisc. l. 114. §. 14. circ. fin. ff. Legat. 1. arg. l. 3. §. 1. ff. de reb. eor. qui sub tut. vel curat.* Quapropter nunc in cautionibus & id generis aliis omnibus firmè obligationibus clausula constituti possessorii in hunc modum ut plurimum concepta reperitur: **Alles bey wirklicher Verpfändung meiner bereitesten Haab und Güter/sie seyen liegend oder fahrend/ beweglich oder unbeweglich/ausstehende Schulden/ Jura & actiones, wo und an welchem Ort die anzutreffen/nichts überall davon ausgeschlossen / so auff den Fall nicht haltens/cum clausula constituti possessorii & pacto executivo davor stehen und haften sollen.** Vel ita: **Zur Versicherung dessen Er (constituens) Ihme (constituario) oder seinen Erbnehmen/das Haus/&c. zum freywilligen Unterpfand Jure constituti possessorii & cum pacto executivo hypotheciren und einsetzen thut.** Certè nullum alium in finem, quàm hujus & prioris effectus gratiâ.

Aphor. XL. Quartus effectus est: Quòd constitutarius eodem remedio contra constituentem, si recuset effluxo tempore possessionem restituere, possit experiri, tanquam contra alios spoliatores *l. 10. C. unde vi. l. ult. verb. & contra. ubi Bart. not. ff. de precar.* Nam & ipse
si de-

si detractet restituere, videtur spoliare. *Tiraq. de constit*
poss. n. 69. part. 2. amp. 11.

Aphor. XLI. Nec quinto loco est omittendus effectus hujus negotii in eo consistens, quod à constituyente qui constituit se alterius nomine velle possidere, non committatur mora, quum tamen alioquin interposita traditionis mora, debitor regulariter teneatur ad interesse *l. 13. §. 20. ff. de action. emtor. l. 4. & 5. C. eod. Costal. in l. 22. ff. de reb. cred. Menoch. de arb. quest. lib. 2. cas. 220. n. 22.* Mora enim est frustratoria dilatio *l. 3. §. ff. de usurp. l. 37. in fin. ff. mandat. l. 89. §. 1. ff. ad L. Falcid. præstandi id, quod vel à debitore vel creditore l. 30. l. 39. l. 72. pr. ff. de solut. venit præstandum, sive illud in dando, sive in faciendo consistat. Et sanè non meretur mirum cur à constituyente celebratò constitutò non committatur mora? Ab illo enim qui tradidit quòd debebat, non committitur mora *per d. t.* Constituens autem ipso constituto censetur dominium & possessionem tradidisse, per ea, quæ supra sunt dicta, quapropter, uti à mora liber, ita etiam à præstatione interesse solutus erit. *l. 13. & 32. ff. de usurp.* Aliud tamen esset, si intra certum temporis spatium, vacuum & liberam possessionem tradere promisisset, quia tunc ad illa promissionis verba adimplenda manet obligatus, adeò ut actione ex emto seu stipulatu ad illam cum interesse præstandam conveniri & cogi possit: Interesse enim seu usuræ ex stipulatu indistinctè debentur *l. 1. l. 3. C. de usur. l. 11. l. seq. ff. eod.**

Aphor. XLII. Sextus & ultimus effectus est: quod donationes, quamvis inter virum & uxorem *l. 3. §. 10. & t. t. ff. & C. de donat. inter vir & uxor. ob rationes in l. 1. 2. & 3. ff. eod. nisi mortis causà l. 9. §. fin. ff. eod. vel donanti.*

morte confirmatae Nov. 102. vel donationes sint recipro-
cae l. 7. §. 2. ff. de donat. inter vir. & uxor. Gail. 2. observ. 40.
Inter patrem & filium l. 11. C. de donat. l. 25. de donat. in-
ter vir. & uxor. Gail. 2. observ. 38. nisi Juramento de non
revocando arg. l. quamvis pact. in 6. Clar. lib. 4. de donat.
quest. 8. n. 8. Mysing. 2. observ. 33. Gail. d. observ. num. 7.
vel morte patris l. 35. C. de donat. inter vir. & uxor. fue-
rint confirmatae, aut sint remuneratoriae Gloss. in l. 13. C. de
collat. d. §. quest. 8. Fachin. d. contr. 74. vel studiorum cau-
sa factae. Horat. Lut. privil. stud. 22. de jure non sint effi-
caces, interposito tamen hoc negotio, non possint revo-
cari Tiraquell. de Constit. possess. part. 1. n. 49. 50. 51. 52. & 53.
& hoc propterea, quia per constitutum donatum statim
fit donatarii, non aliter, quam si revera traditum esset;
perfectae autem donationes non possunt revocari, nisi
certis de causis l. ult. C. de revocand. donat. §. 2. Instit. de
donat.

Aph. XLIII. Denique sciendum quoque est, quo-
modo Constitutum hoc Possessorium expiret. Et quo-
niam per Constitutum solo animo acquiritur possessio,
ideo etiam solo animo illa iterum amittitur arg. l. 32. & l.
44. l. ult. ff. de acquir. poss. & l. 35. ff. de R. J. Inde fit; ut
haec clausula constituti possessorii effectum suum perdat,
quoties is, qui per illam possessor factus est, petit mitti se
in possessionem, cum potius petere debuisset, se in pos-
sessione retineri. **Q**VAESTIONIS autem est: An cum vita
vel constituentis vel constitutarii ipsum constitutum
possessorium extinguatur atque expiret? Putamus au-
tem distinguendum hic esse inter constituentem & con-
stitutarium; si moriatur constituens, possessio in super-
veniente vero possessore non expirat, per ea quae exhi-
bet

bet. *Tiraq. p. 2. ampl. 13. n. 8.* Si verò is, cui constitutum factum est prior moritur, possessionem quoque constitutam exspirare certum est, cum mortui nulla detur possessio. Nisi fortè heres ejus possessionem & suo nomine continuandam proroget, vel de novo concessam obtineati, dque vel expressè, vel tacitè per quandam nimirum patientiam *l. 1. inf. & l. 5. ff. de precar.* Vel nisi id prius actum sit, ut mortuo alterutro etiam in heredem constitutum transeat.

En **Candide ac Amice Lector**, hinc hujus arduæ Materiæ habes brevem & simplicem laborem, prolixior me quidem circa hanc nobilem materiam sine dubio expectes, verùm quoniam Virtus non in dicendo multa, sed in dicendo multum consistit, & veritas in paucis acquiescit *Soc. conf. 120. vol. 1. conf. 231. vol. 2.* ac præterea ipsemet nunc fateor, hanc materiam humeris meis me postea graviores invenisse, quàm inspexisse, huic brevitati haud gravatim veniam dabis, paucisque his contentus vives: Si quâ in re aberravero (quod dubio nō caret, facileq; propter curtam qua penes me est Juris suppellectilē evenire potest) dextrè judicabis, ac in bonam partē interpretaberis; omniū enim habere memoriā, & in nullo penitus errare, magis divinitatis, quàm mortalitatis est *fatēte ipso sacratissimo Imperatore Justiniano in Const. Tanta d. cōfirm. Digestor. ad Senatum §. 4.* **SUMMO, VIVO, VERO AC ÆTERNO DEO** sit laus, honor & gloria in sempiterna secula,
F I N I S.

F 3

Cha



hare, tuum studium sicut com-
pensat honore
Phœbus: Sic opibus Praxis
amica beet!

Ita vovet ex animo

PRÆSES.

Cui labor intendens data, *possessoria* spondet
Hunc Themis *immittit* diva in honoris
opes,

Gratulabundus addit

Nicolaus Michaël Himmel/D.

An
Den Urheber des wohlgesetzten
Werkes.

Aß dich Enäus nicht noch Thais angelach't/
Zeig' deine Feder hier / di nichts als Weisheit schreibet
Und daß dein kluger Fleiß di Sinnen höher treibet/
Als wo der Pöbel lebt / wird Izzo fund gemacht't.
Fürwar! dein weises Thun wird kostbarer geacht
Als wann ein Midas-Kopff bey seinen Schätzen bleibet
Und nur der lassen Brust di Wohlust einverleibet
Wer Themis Gunst gesucht hat es auch weiter bracht/
Als der Bellonen folgt; Minerva träget Waffen/
Warumb? Sie macht mit Kunst der ganzen Welt zu
schaffen.

Ey!

Ey! so! besuche mehr der Themis Kunst-Gemach
Apollo läst dir schon di theuren Rosen pflichten
Um dein verschmiztes Haupte nach Würden auszuschnüffen
Dem Ruhm der Schwinge sich bis an das Sternens
Tach

Henrich Gunt-herr Eulen-haupt.

In dem zu diser Zeit die Fürstin aller Blumen/
Umshränke mit Gelfemin und Nelcken von Idumen/
Der Chloris bunte Schooß und Tellus Brüste schmückt' t/
Und durch beliebte Krafft den matten Geist erquict' t/
Entsproßt' hochwerther Freund/aus seinen weisen Sinnen/
Ein Blümchen edler Art/das Pindus hohe Zinnen/
Und Themis Burg/und Jhn mit holdem Dampff erfüllt' t/
Ja stets in Blüthe steht/ob gleich der Eol brüll' t.
Der Garten ist sein Haupte/in dem di Blume prahlet/
Die Sonn'/Astræens Gunst/die seinen Witz bestrahlet;
Der Gärtner ist sein Fleiß auf Hippocrenens Pfad/
Der Regen/seine Nil / und diß gelehrte Blatt
D wohlgewach's'ne Blum'! D wohlgerath'nes Pflanzen!
Seh' t/wie die Themis wil mit dem Apollo tanken/
Weil sie sich sich' t vermehrt' t! Marcell und African
Schau' n diese Wunder-schrift nicht ohn' Entsekung an.
Glück zu zu solchem Preis/und rühmlichem Besitzen!
Durch diß Pan Er/mit Ruhm' einst auf Parnassus Spitzen
im längstgewünschten Sitz' der reichen Ehre ruh' n/
da Jhm kein schlauer Kopf wird irgend eingriff
thun.

Mit diesen stiegenden Zellen wolte dem Herrn Antz
wortenden seine schuldige Freundschaft
bezeugen

Johann Christian Hallmann/
von Breslau/ B. R. B.

Ein treugesinnter Freund/tritt an mit frohen Herzen
Den vorgesezten Krieg/und streite sonder Schmerken
Apollo

Apollo rufe: so so/ begegne deinem Feind
Und setze/wie du seyst mein treugesinnter Freund.
Mich dencke Ich sehe schon wie Allendorff dich preiset/
Und mit erfreuem Sinn zur Ehren-stelle weiset/
Diß gläub ich nicht umbsonst: Doch hab' ich stets gemeint
Du werdest dennoch seyn mein treugesinnter Freund.

Dieses schreib von Frankfurt an der Oder
seinem Brüderlichen Freunde

Caspar Eizmann/LL. Stud.

Ein Ringel-Gedicht.

Ietzt sieht man deinen Fleiß durch scharffes Sinnen-wissen
Auf Themis hohen Stuhl in vollen Flammen blitzen.
Macht deinen Feuer-sinn dein Widerpart gleich heiß/
Besigest du ihn doch: Du achtest keinen Schweiß

Du denckest/das du dich izt selber kanst beschützen
Mit dem beliebten Safft/der aus der Themis Rissen
Von dir gezogen ist bey stetem Bücher-sitzen/

Drum gib Zugindin dir den wohlverdienten Preis

Ietzt sieht man deinen Fleiß.

Wirft du nun ferner dich in solchem Streite erhitzen/
So wird der Purpur-schmuck dein Tag- und Nächtlichs sitzen
Belohnen/eh dein Haar vor Alter noch wird weiß/
Ja dein belobter Ruhm wird durch den Sternen-Kreis
Wie schnell-geflügelt gehn hin an Olympus Spitzen/

Ietzt sieht man deinen Fleiß.

Aus schuldiger Pflicht seinem getreuen Freunde

Johannes Tieffenbach/LL. Stud.

*Errata sequentia, quæ propter festinationem Typographi omnem
correctionem respuerunt, Benevolus Lector pro sua humanitate corri-
get: pag. 2. lin. 11. leg. l. 1. pag. 6. lin. 13. leg. positio. pag. 8. lin. 1. leg.
hypotheca. pag. 8. lin. antep. leg. si purè tale est. pag. 9. l. 2. leg. precar.
non precar. pag. 10. Aph. 10. lin. 1. leg. possunt. pag. 11. lin. pen. leg. ha
non hac. pag. 17. lin. 24. leg. depositarii. pag. 18. Aph. 16. l. 7. leg. part.
Aph. 19. l. 2. leg. alienatio. Aph. 39. pag. 2. lin. 13. leg. Castro.*

F I N I S.

Jena, Diss., 1664 R-Z

ULB Halle 3
004 852 230




f

TA → OL nur Schick f

VD 17







Farbkarte #13

B.I.G.

1664, 31

IRIDICA;

TUTO ORIO,

tri Salana Ordinis,
D E

mo atq; Excellentissimo,
RIDERICO

o in Wickerstadt/
mo, Consiliario Saxo-
z Scabinatus Assessore me-
ridica Decano

tronô fuô summo
atêm devenerando.

Idc LXIV.

exhibet
KLINCKERFUSIUS;

LINAS HASSUS.
R.

NisI.

6
19

02

10

1664